

ret pullos suos impinguari. rostro et per  
dibus eos percutit ut sic fiant ex dolore  
mortuum macilenti ut dicit Plinius. Di-  
cit etiam idem quod maxime viget sensus  
olfactus in hac aue. unde et sentiuntodo  
re cadauera a remotis existentes enim  
ultra mare sentiunt cadauera ex ista par-  
te reconuerso. unde exercitum vultur se-  
quitur ut hominum et equorum cadaueri  
bus latief. et ideo summa augures quando  
conueniunt et circumvolant simul multi vnl-  
tures. est futuri prelum presagii quod ali-  
quo sensu nature occulto presentiunt af-  
futurum. De vulture dicit Aresto. Vul-  
tur inquit pugnat cum heradio et volat su-  
per ipsum. et quando devincit ipsum mo-  
ritur. et comedit carnem crudam. et ideo  
pugnat contra alias aves propter cibum.  
Aenatur autem a meridie usque ad noctem  
et ab ortu solis usque ad tempus illud in  
silentio requiescit. et quando senescit elon-  
gatur rostrum eius superius et recurvatur in  
fine. et moritur tandem fame. ut dicit Are-  
sto. ibidem Hoc ei accidere sum errorem  
antiquorum putatur. quia dicitur aliquando  
fuisse homo. et erat impius peregrinus  
quibusdam. sed hoc est suppositum. Di-  
cit etiam idem. quod quando est aliquid su-  
perfusum de cibis suis non relinquit illud  
autibus alijs sicut facit aquila. sed repon-  
nit in nido suo ad cibandum pullos suos  
quoniā non defaciens acquirit cibum. Alii  
dicunt autem in altis montibus et nemori-  
bus. et si viderit aliquid volitans circa  
pullos suos rostro percutit et fugat illud  
et nutrit pullos suos quousque possint vo-  
lare. et tunc ejicit illos a nido et retat il-  
los appropinque illico nec permittit unum  
par vultum aliud par subintrare locum  
suum. Item eodem lib. Almachar est quod  
dā species avis fluialis que timet vul-  
turem. et ideo fugit ad aquam et circumvo-  
lat vultur a remotis. et cum sit acutus vi-  
sus inspicit quando avis illa exit aquas  
illam. et tunc si potest caput eam. Est insu-  
per vultur avis multum ferida et immunis  
da. cuius caro est durissima et mali sapo-  
ris et grauis odoris. et ideo ad esum est in-  
utilis. defacili pro cadauere terram pe-  
tit. sed cum descendit de terra iterum vix

ascendit. ut dicit Gregorius. In alto voi-  
lans cadauer in infimis conspicit. et pro  
amore cadaueris ad ima de sublimitate  
aeris se submittit. ut dicit idem. Quā-  
do autem ab aliquo imperio. contra ven-  
tum alas percutit. et sic venti adminicu-  
lo potius quam robore proprio ab infimis i-  
aere se extollit. et ad hoc dicit Plinius  
lib. xxij. ca. iii. Vultur inquit inter aves  
contraria serpenti. nam si penne eius  
vranus fugant serpentes nidore suo. Cor  
etiam eius reddit se portantes a serpen-  
tibus et a feris tutos. Cor eius ligatum in  
pelle leonis vel lupi fugat temones. Pe-  
na eius ligata pedi sinistro preturientis re-  
lociter liberat eam. sed celestius solue ne  
interiora sequantur. vnguentum factum de  
adipe vulturis et oleo mytri et cera ner-  
uos curat. iumenta sanat. Pes eius te-  
xter alligatus pedi sinistro doleti sanat ipsum  
similiter textrum sanat sinistrus pes. Lin-  
guam eius sine ferro euulsa et collo in pan-  
no nouo suspensa dicitur efficere homi-  
nem gratiosum ad impetrandum ab homi-  
ne quicquid petit. Linus ossium eius com-  
bustorum mixtus cum celidonia datus aia-  
ibus eorum sanat mordos. Hucusque plinius.  
Idem lib. xxvi. Sanguis vultus  
cum herba cambeduce vel cameleonte et  
cedria sanat lepram.

## Capitulum XXXVI

Devlula

v Lula est avis a plausu vel v lulam  
tu nominata. eius enim vox v lula  
tum pertinet. Unde et apud augures vlu-  
lans pretendit aduersitatem tacens ve-  
to prosperitate. ut dicit Isidorus. et sum hoc  
idem videtur esse v lula quod bulbo siue  
noctua cuius vox summa augures est infausta  
glo. Hieronimus super psalm. xiiij. di. sic. V lula est  
avis coruine magnitudinis resperla ma-  
culis. que rostro in palude fixo horridus  
sonus facit. et sum hoc videtur quod v lula est  
onocrotalus. que avis est palustris lo-  
ca inhabitans paludosa. quere supra de  
onocrotalo.

## Capitulum XXXVII

Devpupa

**P**upavt dicit ysido. a grecis est  
nuncupata. eo q̄ stercoz huma-  
na comedaret ferenti sumo nu-  
triatur. cuius ei est spurcissima et immū-  
da. cristis a capite exeruntibus galeata.  
semper in sepulcris cōmorans vel in fi-  
mo. cuius sanguine liquis se inunterit.  
dormitum p̄gens temones in somnis  
se suffocantes videbit. cuius cor maleficijs  
factoribus valet. nam in suis maleficijs  
eo vtuntur. De hac aue dicunt phisici.  
q̄ cum senuerit. eo q̄ nec videre nec vo-  
lare queat. pulli eius evellunt ei pēnas  
invalidas. et limunt ei oculos. herbarū  
succis et souent sub alis donec recrescat  
plume eius. et sic renouata pfecte volet  
et videat dare sicut et ipsi. vt dicit Iſi-  
dorus.

## Capitul. XXXVIII

De respertilione

**E**spertilio a tempore nomine sum  
psit. eo q̄ lucem fugiens circum-  
uolet in crepusculo respertino p̄  
cipiti motu attrito et tenuissimis bra-  
chiorum membranis suspensa. et ani-  
mal simile muri. non tam resonans vo-  
ce q̄ stridore. speciem simul volatilis et  
quadrupedis habet. quod in alijs aubus  
solet rarus innenit. **H**ucusq; Iſidor;. Dicit etiam glo. super ysa. iij. q̄ resperti-  
liones lucem fugiunt. ceci eni sunt sicut  
et tal p̄. puluerem lingunt. oleum te lam  
padibus fugiunt. in tumulis patet; se  
abscondit frigidissime sunt nature. Un-  
de sanguis respertilionis linitus super  
palpebras non finit' recrescere pilos. vt  
dicit Constan. et hoc forsitan est quia sua  
frigiditate opilat poros. quibus opila-  
tis non recrescent pili.

## Incipit liber XIII

De aqua et eius ornatu.

### Scriptis

pprietatib; ignis et aeris  
restat ut de aquarū esse  
ctib; quātū spectat ad b;  
opusculū nūc aliqua di-

camus. **D**icitur aut̄ aqua quasi equa. q̄  
nisiq; qui escit a motu donec superficies  
eius adequeat. vt di. Iſid. li. xiiij. **E**st itaq;  
elementū aqua fīm ostā. frigidū et humili-  
dū respectu terre subtile et p̄spicū. p/  
prio termino nō extētū. defueret enim  
aqua ad nihil nisi alieno termino sistere  
tur. **A**que vōpprietary describit basile? **I**  
generali in examen dices. **E**qua inqt  
interiora elemēta est v̄tilissimū. celū enī  
tpat. terrā fecidat. aērem suis vaporib;  
incorp̄at et cōdensat. scandit in sublime  
et celū sibi vendicat. **A**que enī sunt om-  
niū nascētiū causa. quia fruges gignit;  
arbres et plantas p̄ducit. fordes dete-  
gunt. peccata dilunt. potum cunctis ani-  
mantib; tribuit. **E**st enī aqua terre con-  
iunctiua. penetratiua. repletiua. caloris  
celestis nutritiua. omniū inferiorū tra-  
nīua nūc enī hec inferiora suis exalatio-  
nibus temperaret. omnia in confлага-  
tionē vi caloris vertexetur. **H**ec ab ani-  
malib; portata nutrimentū transducit in  
carnis vegetationē. **H**ec p̄scib; dat sp̄i-  
raculū. sicut aer et animalib; p̄bet vitam  
et animationē. **H**ec sui diffusione per in-  
teriorē p̄tes terre facit p̄tū eius vni-  
onē terra enī. p̄pter intentionē siccitatis  
dissolueref in puluerē. nūc p̄s cu; parte  
humorositate aqua ea vniuef. **H**ec etiam  
transiens p̄ interiorē meat' terre alo-  
cis p̄ que transit in colore et sapore. reci-  
pit mutationē. et ideo nūc salsa nūc dul-  
cis apparet. nūc clara nūc turbida. nūc  
grossa nūc subtilis. Laret enī aqua ter-  
minata qualitate in colore et sapore.  
vt sic esset omniū color et sapor suscep-  
tua facil;. **E**t ideo aqua quanto est i se pa-  
tuor. tanto apparet obscurior. qn ad ipsius  
colorationē ipam solaris radii nō subin-  
trat. **H**ec mouet a fundo siue a centro  
ad circūferentiaz. nec fistif' donec eque  
eius superficies fīm eque distantiā a cen-  
tro terre. **H**ec insup̄ lucem a radiis so-  
lis susceptā reflectit in celestia et refun-  
dit. **E**t ideo q̄r superficie habet speculares  
p actionē reflexi luminis rerū obiectaz  
imagines in se representat et intuentū fa-  
cies ad modum speculi manifestat. **I**ec  
etia radios ipsi substantiā penetrantes

diffundit et in ampliorē latitudinē extēdit, et ideo res in se visas facit apparere maiores q̄ sunt in seip̄is. Has aque p̄ prierates generales et alias plures i exā meron poteris inuenire. Aquaz autē m̄tiple est differētia, ut dicit idem. Aut enī in aere originē sumit sicut est aqua pluialis, et h̄c qz celestis terrenascentibus maxime est vallis, aut de viscerib⁹ terre scaturit, et rūpit, ut aqua fōtanea et putealis aut terra p̄terfluit ut fluuiālis, aut orlem terre lateralē, tēc c̄chit ut mare oceanū et mediterraneū. qd omniū aquaz matrix est et origo generalis, ut dicit ḡstan. Aqua igit̄ pluialis ex se lucida est et clara subtilis leuis et sapida, cui claritas ostendit q̄ ei nihil aliud ad mixtū sit, leuitas vero et sapiditas subtile eius demōstrat substātiā. Inter omnes aut aquas melior est ad tēte secundatō nem maxime qn̄ cadit cuz tonitruo, suo enī motu tonit⁹ discutit vaporem. unde fit q̄ aquā subtiliat et depurat, que vero nūi est admittita, vel ex nūi resoluta p̄eior est, et ieūnis nō suenit, stomachū ei p̄cūt et contrahit, tūfūm gignit, dentes stupefacit, ut dicit ḡstan. De aquaz autem differētis quo ad eārū qualitates diuersas et varias efficacias, q̄e supra li. vi. de potu aque. Ibi enī inuenies omnia plane diffinita. Post aquā vero pluialiē melior est fontana, p̄cipue q̄ de p̄tra viua effluit aut de fonte alto scatu- nit et descendit. Fons enī est caput et origo aque viue que manat et effluit cōtinue de occultis et abditis terre venis, vñ fōs quasi souēs aquas est dicit siue fundens ut dicit Isido. Occulti enī haret te re- nis terre egressum, et p̄fundis petratū meatib⁹ consequit̄ orū suū. Est ei fons siue aque multiplicatiū, siue cōmunicatiū, nulli enī se occultat, ita p̄grinis sicut indigenis se cōmunicat. Item suī aliorū est purgatiū, nam fontalis aqua que effluit a solida petra limpida est et sordiū maxime purgatiua. Item fons ē renouatiū sui et aliorū immutatiū, nam aquas suas cōtinue renouat et renouationis et immutationis beneficium cum suis se in fontib⁹ immergeantib⁹ admini-

strat, ut dicit glosa sup̄ psal. Atē sitis est mitigatiū et refrigeratiū, cōfuentes enī et iterantes refrigerat, et sientib⁹ p̄ totū cōgrūs administrat. Item locoz si bi adjacentib⁹ est secundatiū, nam loca fontib⁹ magis vicina solent esse magis graminosa florida et etiā sepius ampli⁹ fructuosa. Item fons in medio sui ort⁹ vbi primo de terra erūpit est puluerū et arenariū sibi obſistentiū a se reiectiū nū am vbi ebullit violentia sui mot⁹ p̄tes terrestres penetrat et diuidit et partem a parte disgregat. Item fons ratōne sue claritatis et transparētie specularis ē et formatū sibi obiectarū rep̄sentatiūs. Et ideo intuentū facies apparent in fontib⁹ bus et resultant, et tam rugarū q̄ altariū macularū deformitates se in aqua fontane transparētia manifestant. Atē fons est sūm qualitatē temporis hyemis s. et estatis siue qualitatis immutatiū, nam sūm macro, in hyeme fons calescit et est in uali tempore refrigerat. Cui⁹ ratio est, quia calor in hyeme refugiens cōmuniū cōtrarij sui perit interiora fontiū, ex cuiū plentia et cōculacione cōtinua ora fontiū calefiunt. In estate vero contingit et ex causa cōtraria ecōuerso, nam ex tempore minante caliditate in aera fugit frigiditas ad interiora meatū et venariū fontium, et ideo aque emanantes tunc temporis inueniunt frigidiores. Item fons ē sūm situm sui originis aquarū ad superio- rā emissiūs, ita enī alte in fistulis duci tur sicut orif. si enī in montis vertice sca turit, ad eandem altitudinis qualitatē in altitudine in alio monte cōduci p̄ fistulas cōsuevit, nec altius p̄ violentias defaciū ducit q̄ in suo orū primo erūpere inuenit. Item fons q̄uis in suo orū fit puulus, tñ p̄pter sua indeficientez emanationē multoz et magnoz fluuiorū est originaliter caulatiū. Nullus enim est fluuius quin ab aliquo fonte occulto vel manifesto oriatur, ut dicit Isidorus. Item fons est aquarū lacuāliū et als q̄eſcientiū melioratiū et quasi vivificatiū. quādo enim fons est modicus vbi scaturit et transit per magnū stagnū, aquas ibi stantes efficit saiores, et etiā p̄ſces te-

gentes reddit simpliciter meliores. Itē fons est a venis et meatib⁹ terre p̄ quos transit calor⁹ et vntus et saporis recepti⁹ uis. vt dicit Iſi. video fontes nūc sunt calidi. nūc frigidi. nūc sulphurei et c. fm diuersas scz qualitates terre p̄ quā trans⁹ fit. vt dicit Iſid. li. xij. Est fons in italia cui⁹ aqua sanare oculoꝝ vleera cōsueuit. Item est fons in africa cui⁹ aqua voces canoras facit. Itē fons est in boetia du⁹ plex. vñ enī memoriā alter obliuionem inducit. Item in ethiopia est fons rubei coloris ex quo q̄ liberit statim lymphati⁹ cus erit. Itē in sicilia sunt duo fontes quę vñus sterile facit. alter sterile fecit. Fons est in Iclumea qua⁹ in anno mutans colorē. nam trib⁹ mensib⁹ videt puluere⁹ acsi esset cū puluere mixtus trib⁹ sanguine⁹. trib⁹ vridis et trib⁹ limpidus. hic fons ab incolis fons iob nuncupat. Itē fons est in syloe ad radices montis syon fuens. qui nō vniuersalib⁹ aquis. sed certis dieb⁹ et horis ebullit. Itē in sardinia sunt fontes calidi q̄ oculis medent. fures arguit nam cecitate eoz facin⁹ detegit. Itē in egipcio dicunt esse fontē in quo faces accēse extinguunt et extincte accēdunt. Itē apud garamantēs dicit fontē esse ita gente de die q̄ nō bibat. et ita ardente de nocte q̄ nō tangeretur. Hucusq; Iſi. Ex quo p̄t⁹ q̄ fons sapit naturā sui fundi. nam si dulce⁹ et puriss⁹ habuerit fundū. et dulcis et pura erit aqua. et cōuerso si sulphure⁹ fuerit fundus atq; limosus. sulphur aut limū sapit aqua. vnde si fons in suo ortu sit corruptus et viciōsus. totū qđ inde effluerit viciōsum erit et corruptus.

## Capitulum primū

De puteo

p Utens est lacus defossus a potu dictus. vt dicit Iſidorus. de suoribus enī terre et cataractis oris aque quia ruptis terre venulis inferioribus aqua quasi sumando euaporat. ex cuius euaporatione aqua putealis generatur vt dicit idem. Aqua vero putealis fm cōitan. inter aquas est grossior et indigesti bilior. cum propter terre salisugine. tum

etiam ppter ipsius quietē et ppter nimia elongationē ab aere. Juxta flumos aut aqua putealis defacili inuenitur et illius aque substantia cōplerioni aque flumis assimilat. quādo vero pute⁹ sit iuxta putesi. ille qui situatiter est profundior aquā vicini putei minus pfundi attrahit et in se recolligere p̄sueuit. a terra autem circumstante lapore attrahit. et iō nūc salsam nūc dulcē ostendit. Itē aqua putealis frequēter corruptōez perahit. quādo nō morat. et ideo vt depureſ et subtilietur necesse habet ut sepius moueat et hauriat. quanto autē terre viue est vicinior. tanto aqua putealis frigidior et dulcior cōmuniter experit. Item in hyeme raro vel nūc cōgelat. nam p̄ p̄seniam aeris frigidī hyemali tpe calor frigori contrari⁹ ad interiora putei repellit. et ideo aqua ipſi ex vapore calido imutata cōgeliari nō p̄mittit. Imo calidior in hyeme qđ in estiuo tpe inuenit. Item aqua putealis ppter situm eius in pfundo cū difficultate acquirit. et sine magno labore et artificio vix haurit.

## Capitulum secundū.

De fluvio

f Luius a fluendo est dictus fm Iſido. enim fluuius est p̄fennis fluxus. quia cōtinue fluit et nisi eius in tercipiatur origo fluere nō desistit. Est igitur considerate in fluvio quo ad fluuum p̄fennitatē quo ad situm. pfunditatem. quo ad motū circularitatē. per longissima enim terraz spacia currere fluuius consuēnit. Item quo ad ortum sive suū originale principiū et finalem terminum amaritudinis qualitez. omne ei flumen originaliter per occultos meatus in capitibus fontiū a mari exit et per manifestos transitus iterū in mare edidit. vt dicit glosa super Eccl. primo vbi dicitur. Omnia flumina intrant mare et vbi dicit biero. Dicunt p̄bi aq̄s dulces que mari insinuat vel ardore solis consumi. vel salisuginis pabula esse maris. Sed noster ecclastes aquarū scz cōdit. dicit eas per occultas terre venas ad capita fontiū regredi et de matrice abyſo

so in sua principia ebulliret. Item est considerare in flumine quo ad medius p gressus inter suū finem et principiū dulcedinis saporositatem. nam aqua fluminalis in rebus fontiū per quas transit collatur. vbi a sua salsuginē spoliata contrahit saporem potabilem et in dulcedinem commutat. ut dicit Isido. Item quo ad aspectum specularē perspicuitatem. substantiā enim habet putam luci peruiā et ad modū speculi dyaphanā vnde rerū imagines obiectarū in fluminis superficie representantur. Item est considerare quo ad fluminis substantiā mūdiciam et puritatem. quo ad eius cursum declivem et precipitez velocitatem. quo ad impetus sui maximam virtuositatem. quia omnia obstralia et cunctos obices diruit. cuius rapacitati nihil finaliter resistit. sua enim impetuositate omnia in se projecta vel secum rapit vel saltem ad ripam ducit. naues onustas suo impulsu agitat et impellit. rotas etiam grauissimas celeriter per violentiam circuolunt. lōrdes etiam in se projectas recipit. sed motus sui impetu receptas dissipat et dissoluit. Fluminis enim est sū et locorū per que transit mūdificatiuus. et aquarū lacualisi et stagnorum per quas subiungat renouatiuus et a corruptione conservatiuus. piscium diversi generis nutritiuus. et fetoris et malis saporis in piscibus lacualibus et palustribus absterhiuus. et qualitatis eorum immutatiuus. habet etiam flumen sive fluumus quo ad effectū multiplicem utilitatem humanis vīsib⁹ congruentem: nulli enim beneficiū suū tenegat. sed omnibus quantū est de se. se cōmunicat vnde tam iumentis q̄b̄ hominibus tam paruis q̄b̄ maioribus equaliter administrat. lōrdes et immūdicias tam corporis vestimentū mūdificat. estuantes refrigerat. fitientes potu reficit et recreat. loca si bi adiacentia irrigat et fecundat. humoris sui effluentia radices et semina humectat ingroſſat et impinguat. ut patet in egypto. vbi iacto semine in ortorum morez a nilo flumine omnia campestria irrigant. ut dicit Rabanus super. vi.ca. deut. Terra tua nō est sicut terra egypti

et sua circumfluenta ciuitates et alia habitacula munit et fortificat. tam victuallia q̄b̄ mercimonia ad ciuitates deferentes homines locupletat. arene accumulatione et terre limose compositione insulas format. loca munitionib⁹ cōgrua coadapfat. De aqua vero fluminali dicit Constant. q̄ illa est melior que tendit ad ortum solis. et que a latiorib⁹ montib⁹ ortum sumit. que vero tendit versus occidentem min⁹ est laudabilis. Dicit etiā in q̄b̄ flumina quanto sunt a ciuitatib⁹ remotiora tanto puriora sunt et nutriendis piscibus aptiora. Fluminib⁹ enim istiū ciuitatū lōrdes et lauature balnearium luticē effusiones et huiusmodi ex q̄bus aqua fluminalis aliquādo contrahit corruptelam ut dicit idē. Alqua fluminalis est laudabilis cuī fluvius est velociforis currens super lapides paruos et fundum arenosum sive argillosum solidum sapidiū et mundū. Nam ex qualitate terre per quā fluit colorē contrahit et saporem. et sūm hoc varians flumiorū tam nomina q̄b̄ proprietates. ut dicit glosa super Gen. iij. Quāuis enim flumina cōmūna mari sortiant originem. a locis tamen q̄bus orisitū et per que transiūt sicut colorem contrahit et saporem sic et nōmē. Quāuis enim multas aquas in se recipiat fluminiūs influentes. q̄dū tamen cognoscit primus et principalis aliue. nōmē pri mū p̄dere non defaciēt cōsuevit. Aquas enim quas influendo recipit. re et nomine sibi incorporat atq̄b̄ vnit. vnde fluminiūs sit patr⁹ et modicus quādo de primo fonte primo effluere incipit. quāto tamen a suo principio plus elongat per aquarū influentiā. tanto plus crescit ut p̄t in danubio germanie flumio. de quo dicit Isido. libro. viii.ca. penul. q̄ a germanis montib⁹ et parte occidentis oriatur ex fonte patruo petgens contra orientem. Et flumios in se recipit. et. vii. ostijs in ponticī mare fluit. Utilis est autem omnis flumius q̄dū riparū suarū terminos non excedit. Sed quādoq̄ymbris inundatione seu niuiū resolutione terminos aluei sui egredit. tūc vicine et replanicie testūt sepius et submergit.

Sunt autem fluminum duo genera, ut dicit Isido. li. xiiij. ca. penul. Unū dicitur flumen viuuū de quo virgili. Donec me flumine viuo abluero tē. Aliud est torrens aqua scilicet cū impetu veniens et recedens, dicitur autē torrens qz pluvia crescit, siccitate vero torrescit. i. arescit, cui greci ab hyeme nomen dederūt quādō crescit, nos ab estate quando deficit et arescit. Est autē recursus torrentis impetuosus et fortis, et ideo quelibet sibi ob viantia diruit et cū imperu secum trahit, ubi autē fuit terram concavat et corrodit, et lapillos ac paleas coaceruās post se vestigia derelinquit, vias defecut, vici na mergit, in mare descendit.

## Capitulū tertium

De amne

Omnis dicitur fluuius nemore et frondibus redimitus siue circuseptus, ut dicit Isidor. sic ex amenitate vocatus, iuxta quē abundant herbe medicinales, volucres silvestres nividicant. In cuius recursu fere potius sumentes vel feruore estus se refrigerant excusis vicinitate ibi abundant pascua et suū vigorem et viorem diutius retinent et reseruant. Sunt autē quedā flumina de quibus specialiter fit mentio in scriptura, sicut phison gyon tigris eufrates iordanis tē. Et autes; phison ganges fluui, ut dicit Isido. li. xiiij. a gāgaro rege dictus ganges. Hicerens te paradiſo circuit terra; euilath indie sc̄ regionis. Et dicas phison i. caterua, qz decem in se recipit flumia. Interpretatur etiā mutatio oris, quia mutatur a facie quā habet i paradiſo. Et hoc tribus modis sicut dicit magister in histo. In colore, qz alibi clarus, alibi obscurus, alibi turbidus. In quantitate qz alibi parvus, alibi magnus et diffusus. Et in sensu, quia alibi frigidus, alibi calidus. Hic fluui abundat arenulis aureis et gemmis preciosis, in cuius etiā litoribus crescunt arbores et herbe medicinales.

## Capitulum. III.

De gyon qui nilus dicitur

Non qui et nilus est fluuius meopotamie de paradiſo exiēs. Et dicitur biatus terre vel terrenus quia turbidus est et limosus. Dicitur autem non procul ab athlante et circuit terram ethiopie et descendit per egyptum et irrigat plana ei. unde dicit Hiero. super amos. viij. ibi defuet quasi riu egypti tē. Filus dispositione dei totam egyptum semel in anno irrigat cumulis arenarum claudentibus ostia eius ne defuat in mare, post irrigationem autem solutis cumulis reddit in alueuna suum, et sic tandem mare ingrediens a mari absorbetur. Hic fluuius nutrit reptilia multū noctua et venenosa sicut cocodrilios et testicula que dicitur enidros, de quo dicit Isidor. libro. xij. ca. ii. Enidros magis est testicula ex eo nūcupata qz in aquis versetur et marime in nilo, que si inueniret cocodrillū tormentem, et voluntate in luto primo et intrat per os eius in ventre et carpit omnia interiora eius et sic moritur. Dicit etiam glosa super. xxiij. ca. Eccl. ibi quasi gyon qui est nilus animus turbulentus est et multū contrahit limus unde limositatis ratione quā secum ducit terrā per quā transit frugiferas et val de fertilem facit.

## Capitulū quintū

De tigri

Igris fluuius est mesopotamie de paradiſo egrediens pergit contra assirios, ut dicit Isidorus, qui post multos circuit in etat mare turbum. Vocatur autem hoc nomine propter impetum et velocitatem adimitat igris animalis nimio imperu percurrentis. Dicit autem Josephus qz tigris ortur in armenia ex eodem fonte quo ortur eufrates, et vocatur diglath quod sonat acutum vel angustum, currit enim anguste et acute ad modum sagitte propter qz tigris lingua persica, id est velox vel sagitta nūcupatur.

## Capitulum sextū.

De eufrate

**E**stuates est fluminis mesopota/  
mie de paradiso extens copiosis  
sumus in gemmis, qui per medi⁹  
am babyloniam fluit, hic ab vltate no  
men accepit, nam hebraice eufrata fru  
gifer dicitur et interpretatur, mesopotami⁹  
am autem pfluit in quibusdā locis et vi  
gat sicut nilus egyp̄tu. Salustius aucte⁹  
autor certissimus asserit tigrum et eufra  
tem de uno fonte manare in armenia, q̄  
per diuersa loca exirent spacio multorum  
milium in medio derelicto, terra autē que  
ab ipsis ambitur mesopotamia dicitur,  
hucusq; Isido.li.xiiij.ca.penul.

## Capitulum VII

De dorice

**D**orix est fluminis sūm glosa super  
Eccl.xvij, qui alio nomine dicit  
arexis vel arapsis, amnis armenie q̄ ori  
tur ex eodem monte cū eufrate sic dicit  
eo q̄ rapacitate omnia p̄sternit, vt dicit  
Isido.li.xiiij, vnde cū alexander eum vel  
let transgredi ponte fabricato tanta vio  
lentia inundauit vt pontē dirueret. Hic  
breuib⁹ interuallis ab eufratis ortu ca  
put tollit, ac tende in caspiū mare fluit  
vt dicit Isido.ibidem. Dorix aut̄ dicit  
a grecis a parte terre ipsor̄, nam illa pa  
tria vbi fluit lingua ipsor̄ dorica vocat,  
vt dicit glosa sup Eccl.xvij. Hic flumi  
us quasi quoddam brachium videt esse ti  
gris vel eufratis vel vtriusq; cum ex eo  
dem fonte in armenia oriat, ppter quod  
dicit absidare gemmis et herbis aromati  
cis quartū usus conuenit medicinae. dorix  
aut̄ medicamentū generationis interpre  
tatur, mediāte itaq; tigri vel eufrate exi  
re de paradiſo dicit et pdire.

## Capitulum octauī.

De Jordane

**I**ordanis iudee fluminis a duo  
bus fontibus quor̄ vñus iorā  
ter dan vocatur, iordanis nominat⁹ est,  
vt dicit Isidor⁹ libro, xij, nascitur aucte⁹  
sub libano monte diuidens arabiam et  
iudeam qui per multos circuitus iuxta  
hierichō in mare mortuū influit, qđ ipm  
absorbet penitus et consumit. Hic flum⁹

tempore messis triticee que solet in pa  
lestina vernali tempore iam maturescere  
consuevit plus solito abundare quod  
accidit ex ymbrib⁹ serotini inundatione  
et ex nūm resolutione sicut dicitur in  
historijs et in glosa super Josue.iiij. dicit  
Jordanis rīpas aluei sui tempore mes  
sis impluerat et. Et eccl.xvij. fere di  
citur idem. Hic fluminis est in multisq;  
uilegiatus. Primo quia regionē fidelit⁹  
iudeorū a regione incredulorū indeam  
scilicet ab arabia sepauit. Secundo, qz  
coram filiis israel se aperuit et eis ad ter  
ram p̄missionis transitū p̄lens, in arche  
domini et populi p̄sentia se diuulit, vt di  
citur Josue.iii. Tercio, quia lepra naa  
man hyi abluit et mīdanit.ijij. Regū.v.  
Quarto, quia p̄ suū diffusionē sanctita  
ti helye et helysei testimoniuū phibuit, qz  
vtriusq; imperio obediuit, vt p̄t.iiij. Re  
gū.ij. Quinto, quia ferrū contra naturā  
aliarum aquarū non abscondit in fun  
do, imoq; ad suā supficiem illud remit  
tens, pp̄tē qui pdiderat ipsum v̄ tecis  
peret eleuauit, vt legitur.ijij. Regū. vi.  
ca. Sexto, quia ex contactu mūdiſſime  
carnis domini sacrificari meruit, quo me  
diane domini vīm regeneratiā aquis  
contulit et humane salutis sacramentū  
in aqua fieri ordinauit, vt patet Luc.ij.  
Septimo, quia in iordanē Johannes  
bapti, et celos apertos videre et vocem  
pattis audire meruit, quādo rotius tri  
nitatis mysteriū in baptizando domini  
intellexit. Sunt et alia flumina que no  
minantur in scriptura, sicut sunt abana et  
pharphar que sunt flumij syrie fluentes  
iuxta damascenū, quorum subductione  
orti dam asceni utigantur et multiplici  
genere herbarum et actorum ac fructu⁹  
multiplicatione secundantur, de his di  
citur.ijij. Regū.v.

## Capitulum. IX.

De gazan

**G**azan est fluminis medorum, qui  
alio nomine dicit ydaples, qui, a  
quodam rege medoruū sic vocat⁹  
est, oritur autem in oriente tribro mari  
excipit, in vinculis aut̄ syris super hunc

Ruum due tribus et dimidia. que a sal  
manas at rege assyriorum captiue in assy-  
rios sunt deducte permanere exiles sunt  
coacte. ut patet. iij. Regum. xvij. sicut  
due tribi captiuae a nabucodonosor  
super fluminis chobar in babyloniam fue-  
runt multis tempore collocate. ut pa-  
ret in Ezech. primo. Est autem chobar  
flumen babylonis per paludes babilo-  
nie se diffundens a tigri vel eufrate or-  
tum dicens ac in unum ipsorum iterum re-  
diens hue cadens. ut dicit Hiero. super  
Ezech. Flumen autem chobar parte suil  
toris abusat salicibus et carectis. sicut di-  
cit glosa super locum illum. Isa. xvij. ultra  
torrentem salicis ducens. hunc torrentem  
vocat babylonie flumen super quod  
residens popul' rei non resultat. immo  
plorat. sicut scriptum est super flumina ba-  
bilonis. Hunc et alia flumina multis  
famosa. sed de illis hic racem'. qd de eis  
mentione in biblia no habem'.

## Capitulum. X.

De lacu in generali

I. Lacus est latentium aquarum res-  
ervoir. nec fluctibus admiscetur. ut dicit  
Isidorus libro. xij. quod greci limus. id est  
stagnus vocant. nam fontes labuntur in flu-  
mina. flumina vero in streta discurrunt.  
lacus autem stat in loco nec fluit. ideo  
dictus est lacus quasi aque locus. ut di-  
cit Isidorus. aquas enim quas scaturiendo vel  
influendo recipit als non transfundit.  
Pisces autem lacuale. ut dicit Constan-  
tinus sunt laudabiles ex fluuialibus. nam  
sua limositate pisces quos nutrit quasi  
limus sapientes reddit. herbas superfluas  
gignit in quibus ranas et vermiculos mul-  
tos nutrit. aqua fluens lacus subintrat  
et influens. ipsorum aquas recentiores  
efficit et ipsas a corruptione custodit. ex  
nimia vero aquarum receptione frequen-  
ter ripa stagni rumpit et quicquid diutius  
intus nutritur est subito inanis. Aquas  
autem lacunalis ceteris est grossior et aqua  
a qualibus ad portandum minus laudabi-  
lis experitur. nam talis potius sepe astum  
ptus multas generat in corpore passio-

nes. ut patet supra li. v. de aque potu. co-  
trahit autem aqua lacualis diversas vi-  
tutes ex fundo et situ ubi retollitur. si-  
c ut exemplificat Isido. li. xij. ca. iii. de  
diversitate aquarum dicens. In ethio-  
pia inquit lacus est quo persula corpora  
velut oleo nitescunt. Etiam lacus est in  
africa que canoras facit voces. Item in  
italia est lacus qui bilentito aqua ipsi-  
tedium vini facit. in reatinis paludibus  
iumentorum vngulas inducari dicuntur.  
Item in assaltico lacu iudee nihil vivi  
balens animam mergi potest. In indis  
syde est stagnum in quo nihil natat sed  
omnia submerguntur. In tragodite est  
lacus in die ter amarus et totiens dul-  
cis. Hec omnia recitat Isido. in li. 7 ca.  
supradicto. Hec autem et alie cōsimiles  
aqua rumpuntur et lacuum diversi  
tates accidente varia qualitate venati  
terre per quas transeunt tales aquae. vel  
a natura et dispositione fundi ubi aque  
huiusmodi recolliguntur.

## Capitulum. XI.

De lacu asphalti

I. Lacus asphalti mare mortuus nus-  
cipatur. mare propter eius ma-  
gnitudinem et profunditatem. mortuus  
quia nihil gignit vivi. nihil enim recipit  
ex genere viventiū. unde nec pisces ha-  
bet nec volucres. sed quecumque viventia  
mergendo temptaueris quacumque arte  
statim resilunt. et quibus relementer illi-  
sa. confessim exauertitur. sed neque a ven-  
tus mouet bitumine turbinis ventus ten-  
tente quo omnis aqua stagnat. neque na-  
vigationis paties est. omnia autem vita ca-  
rentia in profundū merguntur neque materi-  
am aliqua sustinet nisi que bitumine illu-  
statur. extincta lucernā in eo submergi-  
accensam vero supernature dicunt. hic loci  
asphalti. i. bituminis vocat siue mare sa-  
linarū. et est in iudea inter hiericho et  
cham. longitudo ei' usq; ad iordanas arca-  
bie dirigit stadijs septingentis et lxx. lati-  
tudo ei' stadijs centū. vel usq; ad vicinias  
zodomorum. Hucusq; Isi. li. xij. l. ca. de la-  
cis et stagnis. In historijs di. mḡ ca. de  
subuersione zodomorum in fine. Dic lacus

nigras glebas bituminis euomit, et ideo lacus asphaltides dicis, in cuius tipa prima in arboribus nata vscor ad maturitatem coloris sunt viridis, que si matura incidas fauillas intus inuenies, unde ait Josephus, fauilla terre zodomorum sedem habet, simile dicis in glosa super secundam petri, iij, ca, super locum illius, ciuitates zodomorum in cinere redigens et, seruire adhuc voluit dominus regione contra posita specie pristine pene, nascimur ibi pomum pulcherrima que ex se cupiditatem edendi spectantibus generant, que si carpas satiscut et resoluuntur in cinerem, fumus excitat quasi adhuc ardeat.

## Capitulum.XII.

De lacu tyberiadis

I Lacus tyberiadis ab opido tyleiadis est vocatus quod quoddam Herodes in honorem tyberii cesaris condidit. Est autem stagnum maximum sive lacus omnibus lacubus in iudea salubrior et ad sanitatem corporum efficacior. Licit autem stadia centum, lx, ut dicit Isidorus, libro, viii.

## Capitulum.XIII.

De stagno genesar

s Tagnum genesar ut dicis ibide est lacus amplissimus in iudea, qd longitudine, clx, stadiis extendit, latitudine, lx, diffundit, aquis cruentis aurora non ventis, sed de ipso sibi creans, unde et genesar dicis greco vocabulo quasi generans sibi auram, tenique per diffusiora spacia lacus frequentibus auris spirantibus agitatatur, unde purior est haustus eius et dulcior ac abilio ad potandum. Hucusque Isidore, propter magnitudinem vero eius lepe in euangelio mare vocat, non quia sit mare, sed potius est quedam magna iordanis refluxio, ut dicit glosa super Iohann. ca, vi. Consuetudo est autem hebreorum omnem talem aquarum congregationem vocare mare, et ideo sepe maris nomine nuncupatur.

## Capitulum.XIV.

De piscina

p Piscina est aqua ad nutriendum pisces collecta, quis per antifram aquatum collectio non habens pisces piscina sepius nominetur, ut dicit Isidorus. Ad bonitatem autem piscine exigitur fundi soliditas aque in fluentis puritas et influentie continuitas, ubi enim fundus est limosus et paludosus, pisces saporosi nullatenus nutritiuntur, ubi etiam recens aqua non fluit, aque stantes et non mote defacili corruntur, et ideo ad piscine renouatione per canalas et fistulas aque dulces et recentes inducitur yallibus etaggeribus ne influentes aque effluant piscinarum termini minuantur. De piscinis etiam riuuli ad ortorum irrigationem deducuntur herbe et arbores iuxta piscinas sitae magis videntes et fructiferi inueniuntur.

## Capitulum XV.

De riuo

r Riuus a rigido est dictus, ut dicit Isidorus, nam a fonte vel a riuo fluius dicitur ut inde ortus urgetur, naturam enim effectum sui originis sapit riuus, a fontali origine mediante riuo procedit fluius sive lacus, ut dicit Euclidius. Est autem riuus immundissimum purgatiuum, terre fecundatiuum, rotis animalibus et aquibus ministratiuum, viroris et pulcritudinis in herbis et floribus conservatiuum, lapillorum et arenas attractiuus.

## Capitulum XVI.

De fluctu

f Luctus a flatu est dictus, ventorum enim impulsu aque agitate fluctuant, quare emines liquoq; semper in motu est vocat onda. Et est onda ab eundo dicta, eo qd continua agitatio motu numeri quiescit, ut dicit Isidorus, li, viii, fluctus autem mutuo se collidunt, et nunc sursum nunc teorsum mutuo se agitant et impellant, et frequenti allitione mutuo spuma et se gignunt, arenulas et varias fundiculas secu admiscedo sursum ferunt pisces allidunt et ex motus sui impetu meliores reddunt, ex ventosi aeris subintra-

tione fluct' intumescit. et si m' v'eti impe-  
tum n'c ascendit n'c descendit. et con-  
cussione mutua aer' concitat et ventum  
gignit. naues eleuat et ad ripas depri-  
mit et litora se ci' strepitu stringunt. sp'  
sunt i' motu q'escere n' p'nt aut ei' penit'  
deficiunt aut vndiq' se agitat et diffundit.

## Capitulum. XVII

De gurgite

s Urges est in humine locus alt'  
sue profundus. a gutture gut-  
ges est dictus. vt dicit I'sido. eo q' aq's  
influentes absorbeat et absorptas iteru-  
to reuomat et remittat. vnde propter sui p-  
funditatem motu circulati et reflexo circu-  
fertur. propter q' natates defacili' i' gur-  
gite p'clitan'. In gurgite etiam pisces  
maxime se occultant et vix q'ndiu gurgite  
non exirent capiuntur.

## Capitulum. XVIII.

De tramite

c Rames est prim' aque seu flumi-  
nis decursus et eptus et i'nius a  
fonte exiens ac meat' sui aliuei non reli-  
quens. a fonte eni' effluere incipit. et quo  
usq' mare intrauerit infra aluei sui limi-  
tes cotinue fluere n' desistit. fundi suu'  
coauat et consumit. nauigio maxime con-  
uenit pisces maiores nutrit. q' recentio  
rem aqua' et fundi puriore habere gene-  
raliter consuevit. cu'z maiori impetu sicut  
q' aliqua alia pars aque. et ideo naues at  
q' lignoru' strues celerius secum trahit.  
et ideo rames dicitur a trabo is. vel tras-  
mittis. quia omnia imposita trahit ce-  
lerrime et transmittit. quanto eni' aque  
cursus in suo tramite est recentior tan-  
to est velocior. et omnia velocius secum  
ducit sive trahit.

## Capitulum. XIX.

De alluvione

a Ilunio alluvionis et hexalluvies  
dicitur latens et lenta aquarum  
inundantia. ab alluendo vel abluendo  
dicta. abluuit enim terram per quam trans-  
erit abluendo consumit. vnde sub terra/  
ne ripariu' consumptio ex aqua facta al-

lunio o'dicitur Job. cuius alluvione pan-  
latim terra columis et. quanto autem per  
absconditas riparum concavitates melio-  
ri fluxu' se diffundit. tanto periculosis  
litoris soliditatē dissipat et dissoluit. na  
tive superficies exterius solida creditur.  
quia eius consumptio interior nō vide-  
tur. sed ideo pes calcantis ripam faciliter  
labit. q'z consumpta interiori soliditate  
lates vacuitas nō caueat. vt dicit cen-

## Capitulum. XX

De abyssu'

a Byssus est aquarū profunditas  
impenetrabilis. a qua fontes et  
flumina oriuntur. omnes enim aquae de  
abyssō exirent et p' occultas venas ad ma-  
tricem abyssum reuertuntur. vt dicit I'si-  
dorus li. viij. vnde dicitur abyssus quasi  
abusus. quia eius profunditas v' deinceps  
potest. vel dicitur abyssus quasi sine byss-  
o id est sine cando re. quia propter huius  
miam distantiam a fonte lumine lucis  
pulcritudine caret et decorum. vt dicit Jo-  
hannes damascen' Abyssus nihil aliud  
est q'z aqua multa cuius finis est incom-  
prehensibilis et inuisibilis. quia ad eius  
terminū lucis diffusio non attingit. vel  
dicitur abyssus quasi sine base. quia ei'  
fundamentū et sustentatio sensu non vi-  
detur. Et ideo primordialis materia q'z  
in principio nō erat forma determinata  
distincta. abyssus ab Augustino est vo-  
cata. propter quod dicitur in libro con-  
fessionum. cij. Abyssus est corporale illu-  
lud quod fecit deus ut esset materia cor-  
porariu' rerum informis sine ordine et si-  
ne luce vnde abyssus idem est quod pri-  
ma materia. Ut dicit Augustinus in li-  
bro de simbolis. Terre inquit et abyssi no-  
mine materiam nūcupauit que de nibi  
lo facta est vt ordinatissimo dei munere  
primo capax formarum fieret. et deinde  
de formarentur quecumq' sunt formata.  
vnde eadem materia aqua est dicta. tuz  
quia fluida. tum etiam quia omnis for-  
me est susceptiva. Unde dicebatur ter-  
ra propter naturalem stabilitatem vel so-  
liditatem secundum quam erat generationi  
et corruptioni subiecta. Et abyssus propter

informitate quia nulla erat forma disticta. dicebatur aqua ppter formationis possibilite sūm quā erat omnis forme et qualitatis potētialiter receptiva. ut dicit Elugus. Ebyslus itaq; ex se habet ob/ scuritatem. profunditatē omnium aquarum et fluminorum capacitatem insatiabi/ litatem. quia nūnq; tot aquas recipit quam plures recipere possit. inscruta bi/ litatem. inexhaustibilitatem. cōmuni/ cabilitatem.

## Capitulum. XXI.

### De mari

Are est aquarium collectio tam dulcium q̄ salsarium. ut di. Ili/ torus libro. xiiij. proprie ause di/ citur mare. eo q̄ aque eius sunt amarae. ut dicitur ibidem. Et sequitur. vocatur autem mare equor ab equalitate. eo q̄ equaliter sursum est. Quāuis enī aque maris fluctuantes velut montes et gan/ tur. sedatis tamen tempestatib; iterum adequantur. ut dicit idem. Idem autem dicitur pelagus quasi pellens vndas. qz in mari fit vndarii et procellarii motus continuus et impulsus. Mare autem ut dicit idem ibidem. qz omniū fontiū se recipiat aquas et flumina. ex tanto ta/ men aquarū concursu nō suscipit incre/ mentuz. quod accidit ex hoc. vel quia ei/ magnitudo influentes vndas non sen/ tiat. vel quia amara vnda fluentiū con/ sumat. vel quia ipse nubes multā aquosi/ tam ad se attrahunt. siue q̄ illas ause/ tant parturienti partim sol excicet. seu quia aque dulces p̄ occultā quedā for/ mina p̄colate redeant ad capita flumiop/ r̄fontiū revolute. Hucusq; Ili. li. xiiij. Scđm ambro. aut et basiliū in exame/ ton. mare est aquarū aggregatio multi/ plicata p̄ diuersa loca et noīa. sed tamen p̄tinuatione vna semp mota vagā sono/ ra spumosa in fluxu et refluxu lune natu/ ram imitans. cui? virtute et influētia co/ hibet. Et aut mare caput et hospitiū flu/ uiōrū. fons ymbriū. quo sibi discrepan/ tes populi copulanf. iubſidiū in necessi/ tati. refugū in periculis. itineris com/ pendū laborantis lucū. De mari etiam

dicit Aresto. in li. met̄bor. omniū aqua rū mare est principiū et origo. h̄ est aqua cum quiete. et diuidit in reliqua maria. Lausa ait. propter quā sit in mari salse/ to et amaritudo est. qz duo sunt vapores humidus vapor et siccus. subtilis et aquo/ sus. resoluta pars subtilior per motū lo/ lis et remanet grossior. et calore solis cum calefacit efficitur salsum qd remanet et amarum. ut sudor et vrina ex adustione. Sit enī res amara quādo remanet par/ tes terrestres aduste aqueis et insipidis partiō cōsumptis. et de amaritudine p̄ adustionis intensionē fit salcedo. ut pa/ tet in cinere i quo aqua colata sentitur salsa. Item aresto. in eodem. Aqua ma/ ris salsa grauior est aqua dulci. quia hec grossior. illa vero subtilior. cui? signū est. quia ouium natat in aqua salsa et non in dulci. et profundius submergitur nauis ca/ tens in aqua dulci q̄ in salsa. Et ideo i/ mari mortuo non mergit animal nec ge/ neraf. quia vincit in eo siccitas. Itē in/ li. de animalib;. In mari est aqua et pōt ab eo extrahi salcedo. quoniā si homo ac/ ciperet vas terreus nouū crudum et clau/ serit ei orificiū et iniiceret ipsum vacuū in mari per diem et noctem. intrabit in ipsum aqua dulcis. Item idem in libro met̄bor. Aque dulces eleuant propter leuitatē suā sursum. et aque salte descen/ dunt propter grauitatē suā deorsum. et qd salsum est remanet in terra et dulce euā porat. Item idē libro de elementis. O/ re in actionib; suis unita naturā lune. qd pater. quia quandocūq; luna orti in aliqua hora diei vel noctis. tunc flumen ingrediēs mare in illa regione in q̄ orti luna extēdit ipm mare ita q̄ aqua illius fluminis redit ad partē loci a quo cucur/ rit ac si esset p̄ violentiā repulsa. et cum est luna in cardine inferiori. incipit aq̄ diminui sicut quādo luna vult ortu aq̄ incipit augmentari. vnde sicut ferrū seq/ tur adamantē. ita mare cursum lune se/ quis et virtutē. quere supra li. viij. in ca/ de luna. Itē inspissat quoq; mare p̄ ascē sum stelle q̄ vocat canicula. et mutat colo/ rem et efficitur nūc viride nūc ceruleum nūc turbiduz nūc clarū. Item macro. in

libro ciceronis. Oceanus in incremēto lune ordinem istū tenet. Nam primo die crescentis lune fit copiosior solito, quia tunc mare plenū est in summo. deinde minuit secundo, et sic descendēdo minuitus usq; ad diem septimū, et tunc est maxime in ultimo defectu. Incipit autē paulatim crescere iterū usq; ad diem septimū. Die itaq; quo luna est. viii, quādō totaliter est plena, est iterato mare in suo augmento summo et iterū incipit minui per dies septem alios. Ita quādō luna est. xxi, est iterū in suo minimo. Et crescendo incipit ascendere per septē alios dies ita q; quādō luna est. xxvij. tūc iterū est in suo summo. Et sic semper mare q; tuor recipit immutatiōes quolibet mēse. duas līz crescēdo, et duas in decrescen-  
do fm augmentū vel decrementū ipsi lūne. Semper itaq; est mare in suo augmēto et vigore quādō luna plena est lumine vel vixiis celi ut in nouilunio, vel vixiis tereti ut in plenilunio fieri consuevit. et quanto luna in susceptione siue in amissione luminis sui plus proficit vel reficit tanto mare crescat amplius aut decrescat. Item mare fm Eresto. in li. vegetabilium. fundū et litus habet durum. solidum et arenosum et signum huius q; mare sit salsum super arenas est. quia obtinetur in eo partes terree sicce quia sunt salse. et existentia aque diuisit lūtu per partes suas. et ideo terra mari propinqua arenosa est. Inter partes vero eius arenas diversi lapides et gemme mire virtutis proctearant. et arenariū attritu polite per undas maris motū ad litora iactantur. Preter istas autē maris proprietates sunt quedā alie cōmunes et omnib; fere note. quas tamē ppter simplices tonū putauit hic apponere ut materia habeat aliqua mystica p ea similitudinē simplicibus suadere. Et itaq; mare suip̄ purgatiū. ola enī caduera et immunda a se rejicit. et oia immunda et mortua discutit per motū violentiā expellit. vt dicit greg. Itē mare est poccultissimas venas sui abyssi diffusiū. et tam fontilo q; flumiis nido materiā sui flux' et inistratiū vt dicit Hiero. sup Eccl. Itē mare est

alantiū et monstrō multiplicitate forme pductiū. mare enī lōge plura pducit mōstra et mira q; facit ipsa terra. sicut dicit Rabanus sup Eccl. xliv. ibi. Illic p̄clarata et mirabilia opa et varia bestiarū rē. Et in ps. Illic reptilia quoq; nō est numerus. Itē q; quis mare substantialis sit molle et liquidū. durissimaru m̄ verū tam animata q; inanimataq; generatiū. vt patet in achillico et pillico dure teste. et in lapidib; et gemis quas emittit. Itē mare q; quis in se nō sit potabile vel delectabili quātū ad gustū. est tamē v̄rule quo ad effectū. Multarū enī infirmitatū est curatiū. sanat enī ydriopicos ulcerosos et alios scabiosos. vt dicit Constan. et multos alios curat. Item mare q; quis ex se sit salsum et amarū. per dulcedinem tamen venarū terre per quas transit est sui sapori immutatiū. dulcedine enī quādam contrahit ex colatione terre per quā transit. vt dicit macro. et Eresto. Item mare quātūq; sit insipidū aut amarū. piscium tamen dulciū est nutritiū. latente enim habet dulcedine quā fugentes pisces contrahit nutrimentū congruū et saporem. vt dicit Embro. Itē mare mobile est et inquietū et ex suo motu est sua substātie a corruptionis piculo pseruatū. quia ex cōtinuātōne motū subtilia tur. et sic ne putrescat a corruptibili vīco pseruat. Item cū sit liquidū et male terminabile. m̄ per se ppter listitur et non per aliu ppter quod v̄ltra litorū suorū terminos nō est defacili pcessiū. sicut dicitur prouerb. viii. Hiere. v. Job. xxvij. Itē sal sedine et amaritudine sua est dulcedinis fontū et aliarū aquarū influentium absorptiū. tanto enī reputat aqua flūens dulcior. quāto pl' a maris introitu elongat. Item ex collisione et mutua reuerberatione suorū brachiorū quib; cingit terrā est ventōp cōtrarioz generatiū. vt dicit Beda. Item incōsuetis mare marine est nocū. est enī timoris in cuiusliū. et doloris capitū generatiūs vomitus et nauzee pnuocatiū. appetit' abie et por' ablaciū. Itē ex vaporatione fumos statum quas emittit est nebulae et nubium generatiū. caliginis et obscuritatis in-

# Liber .XIII.

152

aere inductiuū. traditor solis int̄cepti/  
us. caloris solaris rep̄ssiuū. Item colo/  
rem p̄p̄ū nō habens. p̄ qualitate vento  
rū est sui coloris mutatiū. nam mō fla/  
ui est. mō luctulentū. mō atraz. vt dicit  
Iſi.li.xiiij. Itē mare multor piculor est  
in se ḡtentiuū. modico ei flatu vēti redi/  
ditur tempestuosuz. pcellosuz feruidi et  
tumultuosum. Et ideo mare frettū dī vt  
dicit Iſi. scz feruidi habens motū. vt i  
maris siculo. in quo ppter maris feruores  
strepitū faciente scilla et caribdis esse di/  
cunt. que sunt duo loca. piculosa in q̄b  
multe naues facilime piclitans. Est aut  
scilla ingens scālū in mari eminēs mul/  
tabñs pm̄vcroria sine capita ad q̄ colli/  
si fluct' horrendū strepitū facit cui na/  
ues aliquo casu ip̄ungētes a naufragio  
nō euadit. Caribdis vō est dicta. eo q̄  
gurgitib⁹ occultis naues soriat. Est ei  
ibi mare voraginosuz et q̄si restetū in se  
tortuosuz et ideo naues ibi transites si  
bi aturabit et in se teglūt. ac deinde mer/  
git. ter in die fluct' erigit et ter absorbet.  
nam aq̄s accipit vt enomat. iterato vo/  
mit et sursum accipiat. vt dī. Iſi.li. xiiij  
in ca. te estib⁹ maris et freatis. Itē aliud  
notabile piculū occurrit in mari. s. ineq/  
litas fundi. qn̄ in aliquo loco aq̄ est p̄fū  
dissima. et statim iuxta illi loci vix ēva/  
tosa. hoc piculū sirtis vocatur. eo q̄ ibi  
arene in cumulos ſhunf. Sirtis ei gre/  
ce idē est qd̄ tract'. Et dī. papias q̄ tales  
sirtes sunt i mari egyptiaco et ei admiscē/  
tur. Ex quo patet q̄ piculosus ē maris  
trālitū. ppter latētes scopulos. tñ etiā  
pter arenaz cumulos sub aq̄ p̄ter adu/  
natos. qz in talib⁹ locis naues citissime  
ɔfringunt. Itē aliud piculū dī bithalass/  
um. qn̄ scz nauis onusta imp̄igit in fun/  
dū multū bitumisosuz et limosuz. qz ppter  
mitenacitatē nō pōt se eximere aut exi/  
re. vñ dī. hugo q̄ bithalassum ē vestigis  
limo imp̄issum. Hlo. tñ sup act. xvij. dī  
q̄ bithalassum ē cursus duoz marium  
Agiliter vō in hylto. dicit q̄ bithalass/  
um dī lingua terre i mari p̄tensa. hinc  
et de mari circūdata. Et dī bithalassū  
q̄si mare bifidū terre interiectu diuītū.  
thalassum enī grece mare sonat. Qn̄ s

in bithalassu; offendit nauis manet im/  
mobilis prora. sed puppis frangif retro  
maris impetu supuenietis sicut dī ma/  
gister ibide. Itē trāstretates genera it  
patiunt piculū aut rōne maris aut rōne  
aeris aut rōne nauis. nā si mare fuerit  
scopulosum vndiq̄ rupito et facis impe/  
ditū. nō sine periculo p̄transit. aut si fun/  
dū habuerit ineq̄le nūc cumulis areno/  
sis eleuatiū. nunc vero ad modū voragi/  
nis dep̄ssum et p̄fund. atū. defaci trāst  
impedit. sed et qn̄q̄ mare in sua superficie  
subintratib⁹ ventis efficit numis tumu/  
dū vndis sese allidentib⁹ et mutuo se cō/  
currentib⁹ fit numiū pcellosum. Nauis  
fluctib⁹ ascēdētib⁹ et descedētib⁹ picu/  
lose exponit. qz sepe aut cōcutit aut a p/  
cellis cōtrarijs operit. Item accidit p/  
culū ex aura turbulēt. nam tpe tpe tuo  
so et obscurō et nebuloso mari se cōmitte/  
re solet esse plurimū piculosum potissi/  
me quādo nauis p̄ceps feit in piculum  
et periculū non videtur. maxime aut for/  
midatur ventorū numetas et maxime qn̄  
venti contrarij casu aliquo orūnt. quia  
certū naufragiū tunc timeret. quāto autē  
nauis per vniū venti impulluz promoto/  
uetur vniū portū. tanto fortioris venti  
contrarij impetu compellit ad p̄cipitū  
let ut castoreum. a multis vocatur sce/  
ptrum helizei ut dicit idem Dicit etiam  
Diasco. qđ ciprus est arbor medicinalis  
conuenientis et cōglutinative virtutē. cui  
folium masticari tumorem oris cōpescit  
eius elixatura sive decoctionem capi/  
tis interficit. et inficit capillos si inde  
capilli fomententur. flos eius cuž aceto  
decoctus dolorem capitum soluit. ut dicit  
idem. cuius lentiscus dicitur alteri vir/  
tutis. qđ supra de littera A.

## Capitulū XXVI

### De cynamomo.

Cynamomū de quo dicitur Eccl  
xxiiij. et Exo. cxix. sicut ibi dī. gl.  
est vrgultū quod nascitur in in/  
dia et ethiopia duo et tantummodo cubi/  
torum. Et dicitur cynamomū qđ subti/  
les et replicatos halet culmos cereos nī/  
gri coloris qđ fracti reddunt visibile spi/  
ramentum. Cynamomū vero qđto gra/  
cilius et subtilius tanto carius est. et qđ

to grossius tanto respectius reputatur.  
Scđm autem Iſi.li.cvij. Cynamomū  
eo est dictum qđ cortex eius in modū cā  
ne est gracilis et rotundus et crescit sti/  
pite breui virgas tenues halens qđ cū  
frangit ad modū nebule suaquissimum e/  
mitit spicamē. Sup Eccl. c. xxiij. di/  
glo. Cynamomū est breuis arbor odo/  
risera et dulcis cinerei coloris p̄t̄as pl̄  
duplo ad medicinę vsum qđ fistula. Pli.  
quoqđ li.cij.ca.xxi. de cynamomo inquit  
et cassia fabulose narravit antiquitas qđ  
inuenitur in nīdis auium. et specialiter  
fenicis nec halteri potest nisi qđ cadit pro/  
prio pondere vel qđ excutitur cum plum/  
bat. sagittis. sed ista singunt lomies vt  
retum p̄cia augeantur. Em veritatem au/  
tem cynamomū cresci apud tropoditas  
in ethiopia qui per vasta maria in rati/  
bus deducunt illud ad portum gelbenita/  
rum et est fructus duorum cubitorum ad maxi/  
mum vel vnius palmi ad minūm. trun/  
cum haleus in grossicie. iij. vel. vi. alijs  
habēt. xi. vel. xij. digitos. nec olet nisi qđ  
arescit. siccitate enim gaudet et in semine  
sterilior efficitur contra arborē naturam  
aliarū inter repres et rupeſ densissimas  
gignitur. et ideo non sine magna difficultate  
recolligitur. ante ortū solis aut post  
occasum nulli licentia colligendi cōcedi/  
tur. quod cum collectum fuerit sarcina  
hasta diuidit sacerdos. deorum partem po/  
nit. reliquā mercator emit. Precipua at/  
bonitas eius vel virtus est in tensissimis  
virgultorū partibus ad longitudinē pal/  
mi et qđ est in trunci medio vel qđ est p/  
ximum radici parum vel nihil valet. qđ  
ibi minimum corticis est in quo ē sum/  
ma bonitas cynamomi. et ideo cacumila  
et supiores ptes p̄fertuntur. qđ ibi cortex  
plus abundat. lignū vero interius relpe/  
ctu corticis nullius vel modici est valor.  
Hucusqđ Pli.li.cij. Scđm Dyasc. vero  
Plate. cynamomū calidum est in tertio  
gradu et siccū in secundo gradu. Unus  
duo suū genera. grossum. s. et subtile. et  
grossum ē minus laudabile. et ponit ī vo/  
mitiuī medicis'. qđ bo gracie ē et sub/  
tile ē laudabile et in alijs antidos magis  
vile. Est at eligēdū qđ est subtile acutū

R. 4

habens saporem. dulcedini intermixtus  
cū multa aromaticitate & subrufum ī ca-  
lore. qd aut̄ subalbidū est minus valet:  
ex aromaticitate hñs virtutē fortificat  
reby ex glutinositate h̄z virtutē cōsolidā-  
di. habet aut̄ cynamomū multiplicē vir-  
tutem ut di. dyas. Nam tuſū ex gros-  
sa humiditate sedat. tritū & cū aceto mi-  
xtum impetiginem extirpat. collitis ad  
myctum humiditatem oculorū tēscat.  
renū dolorem mitigat. ydropisim curat.  
morsus reptiliū sanat. appetitū confortat  
menstrua prouocat. opilatiōem aperit. cū  
bum digerit. Negma dissoluit & cōsumit  
potassi cū vino secundinas excludit. cali-  
ginem oculorū tērgit. sincopi ac cardia-  
ce passioni subuenit atq; succurrat.

## Capitulū XXVII

### De casia

Alia de qua dicit Exo. r. xx. spes  
est aromaticā. & nascit sīm Iſi-  
li. xvij. in arabia et est virga ro-  
busti corticis & purpureis folijs vt cor-  
tex piperis. & est filis cynamomo in vir-  
tute sed tñ potentia inferior. Enī in loco  
cynamomi duplex est pondus eius. In  
medicinis sepius admiscet ut di. Iſid.  
Blo. aut̄ sup Exo. c. xx. Alia in locis a  
quosis nascit et ī immēsum crescit ac bo-  
num odorem reddit. De casia di. Pl. li.  
xij. c. xxi. Fruter inquit casie iuxta cyna-  
momi campos nascitur. cuius amplitu-  
do est triū cubitorū cuius ſamentū ē gros-  
ſius ſamento cynamomi. Cuius est tri-  
plex color. Primo enī candescit. teide ru-  
bescit. tandem nigrescit. & iſta p̄s marie  
est laudabilis. post nigrā aut̄ laudabili-  
lōr est rubea & minus laudabilis et cā-  
dida. nam citius a vermito corrodit et ca-  
uatur. et hoc accedit ppter ſue substantie  
molliciem & minorem amaritudinē cor-  
ticis & virtutē. Probab̄ enī casia cū ē re-  
cens p̄ odorem p̄ saporem & p̄ colorē. nā  
cacia nobilis subdulcis pauci & tacuti est  
saporis. ſuauī & iocundi est odoris. ſubni-  
gri insup vel purpurei est coloris & pon-  
deris est grauior. & maxime laudat illa  
cacia que de facili non frangit. sed refle-  
ctit potius & plicas. Alia est aut̄ spes

casie que balsamo de ſaba ſimilis est in  
odore. ſed amara eſt. Et ideo prima ſclz  
nigra que eſt subdulcis & feruentis ſapori  
ſ & boni odoris a medicis plus laudat.  
Hucusq; Pl. Scđm Plate. aut̄ et Dy-  
asco. Alia eſt duplex ſc; casia fistula et  
ligneā que eſt fruticis cuiusdam cor-  
nascēt iuxta confinia babilonis. cu-  
ius diuerſe ſunt ſpecies. Una eſt ſimilis  
cynamomo que ſubrufa eſt et rotunda ſo-  
lidamq; habet ſubstantiam. & cum fran-  
gitur vel teritur non plicatur ſed refiſit  
acuta eſt in ſapore & parum dulcis. & iſta  
medici viꝝ virtutur. Alia eſt ſpecies q̄ ē  
ſubamara p̄t̄m habens colores diuerſos  
et hactenuntur medici. & eſt eligenda que  
non facile frangit ſed plicatur. et que  
habet acutum ſaporem mixtum dulcedi-  
ni cum aromaticitate. cum autem fran-  
gitur colores habet ſubalbidos interius  
et diuerſtos & tuſos intermixtos. So-  
phisticatur quandoq; cum admixtione cor-  
ticis capparis. ſed cognoscitur. quia ſub-  
amara eſt ſaporis. virtutem habet diuer-  
ticam. i. diuiniuam ex ſubtilitate ſue ſub-  
stantie. habet etiam virtutem consumē-  
di ex qualitatibus ſuis. insup habet viꝝ  
confortandi ex aromaticitate. reumat-  
icas & frigidas causas curat. epilepticos  
et caducos iuuat. cerebrum confortat re-  
nes & refiſit purgat. a poſtemata matu-  
rat et lanat. renes & epar & ſplenem reo-  
pilat. fetorez oris masticata palliat aut̄  
amputat. menstrua prouocat. & matricē  
confortat. contra ſincopum & defectū cor-  
dis iuuat ſi ex eius puluere & roſis rosse  
cerui ſirupus fiat. Hucusq; Dyalcon  
des & Plate.

## Capitulū XXVIII

### De casiaſtula

Aliaſtula eſt fructus cuiusda-  
cūt. ſed ſuccedente tempore elon-  
gatur & ingroſſatur & caloris actione ex-  
terius condensatur. medulla interī ex-  
tentente nigra & humida atq; dulci que mi-  
gra ē cum albis granis & qbusdā cellulis  
ad modū ſuauī mellis interī ē diuerſa.  
Est aut̄ eligēda q̄ eſt grossa & ponderosa

quia multam signat inesse humiditates  
rejicienda est etiam leuis et sonora. qd si  
gnat vacuitatem et siccitatem. virtutem  
habet leniendi mollificandi et mudiificandi  
et fernorem sanguinis mirabiliter mi-  
rigandi ac coleram et sanguinem depurandi.  
apostemata gule dissoluta visceribus  
utilis est. et vicis pectoris subuent. me-  
strua terenta expingui humore educit.  
tumorem viscerum et intestinorum dolores  
potata tollit. Hucusq; dyasc. Quid autem  
visualiter in casia duplex. scilicet sonans. cu sim-  
plici tamen scribi et pronuntiari debet ut ca-  
sia dicatur ut dicitur autores. Unus Quidi-  
x. methamorpho. Quo simil ac casias  
et nardi leuis aristes et cetera. Et sic vobis de-  
cit Plini. et pirus et alii.

## Capitulum XXIX

### De calamo

**A**llamus aromaticus de quo dicitur Exo. xxx. a similitudine calami  
visualis est vocatus ut dicitur Isidori  
li. xvij. Et gignitur in India multis no-  
dis geniculatus odore suavis mira trans-  
fugans odo ris suavitatem. qui si frangitur  
in multis pfectis dividitur et in gustu  
est filis casie cum leni acutioria tremor/  
denter ut dicitur Isidori secundum Papi. non feruent  
est virtutis. In glo super Exo. xxx. dicitur  
et calamus aromaticus est species quae  
scit iuxta montem libani. vobisq; antez  
crescit dicitur Dyasc. et Plate. Plini. ipses est  
calida et secca in secundo gradu. et est radix  
cuimdam fructicis calamo valde similis  
et magni odoris. habet astutus admodum can-  
ne coquitatem in qua lignum inuenit quod que-  
dem extrahit debet cum nullius sit valor  
tamen aliquem intus dimittit ut maioris  
ponderis videatur. Est autem secundum eos  
dem autores calamus duplex. scilicet pescus  
qui colore est citrinus. Alius est indicus  
qui colore est subalbidus qui cum frangitur  
facile non puluerisatur. et habet virtutem mira-  
bilem confortandi. unde stomachum confortat  
et digestioem adiuvat. maxime si cuius  
absinthio tpteratur cardiacos et cordis de-  
fectum quem greci sincopum vocant cuius aqua  
rosacea multum iuuat. Secundum Plini. aut cala-  
mus odorans est indicus qui maxime

valet quando est subrufus. nodis plenus  
et spissus et quod non frangitur in partes  
plurimas valde siccus. et est valde me-  
dicinalis fere sicut casia vel etiam cyna/  
momum quaterni virtutes quae supra. nam  
menstrua provocat.

## Capitulum XXX

### De calamo visuali

**A**llamus visualis secundum Isidorum  
dicitur canna stipule vel legatis  
et sic dicitur acaleo cales eo quod  
missa statu aliqualiter calcatur. Et est per/  
prie stipes mediis in segete inter rati/  
dicemus fructu sive spicula in quo fructus con-  
tinetur. alio etiam nomine vocatur cul-  
mus ut dicitur Isidori. et est interius coeca/  
uns. exterius planus et rotundus. nodis  
aliquibus minitut multis tuniculis cir-  
cumuestitur quo mediante spica perficit et  
nutritur. quo deficiente deficit et spica et  
penitus destruitur. modico venti impulsu  
si hincinde agitur et mouetur. facili  
me frangitur et incurvatur et vix erigitur  
vel reparatur.

## Capitulum XXXI

### De calamo scripturali

**A**llamus scripturalis de quo in  
psalmo dicitur. Lingua mea ca-  
lamus scire. id est et quod arun-  
do. quia antiqui arundine utrebantur in  
scribendo anteq; usus pennarum habere-  
tur. Nam arundo ut dicitur Plini. li. xvi.  
capi. xxvij. utilis est ad multos usus. at  
tundines inquit inter aquaticos fructu/  
ces obtinet principatum. suntq; necessaria  
in bello et in pace. nam at tundinibus  
septentrionalibus populi tomos suas aptis  
sime tegunt et eas in suis cavernis prote-  
liciis et ornati suspendere consuerunt.  
calamus etiam orientis populi bella agit  
et de eis spicula faciunt. Tante enim logi-  
tudinis sunt in multis partibus quod alta  
ru virce probet radicem hanc vivacem si ea  
ru fructices recidant secundum surgunt. Sunt  
autem aliqui calami quodam medulla repleti. quod  
datur ex toto secundum quod ad fistulas faciendas  
sunt multi apti. calami autem medullati han-  
tes lignum spissum et nodosum pugnantes

plus conuenient. Sunt et minores arundines in locis minus aquosis crescentes subam halentes tenuem et valde duram, et medullam quasi nullam et ea superficies est plana et reuceus ac polita non nodosa, et tales calami sunt abiles ad scribere clum, cuius ps anterior posita acutus et ad scribendum adaptatur, et ut perfectius atramentum administret parum scindens, et in pte extra plusq; in sinistra aliquatum plongatur. Sunt et alij calami dulci medulla pleni qui per minuta frusta incisi persistantur, et ad lentum ignem in lebete decoquuntur usq; ad spissitudinez et primo videntur totu transire in spuma, s; p; facta residentia spissus et melius fundus petit, spumosum autem et vanum supra manat et per aliud sophisticatur, sed disceretur, qd bonu crepitat in ore, et est valde dulce, malu vero non, sed in ore euane sciit ut dicit in Plat.

## Capitulu XXXII

### De cappare

Apparis de qua Eccl vlti, secundu  
dui Pli, li, viij, ca, xvij, etm Ipsi  
dix est fructet in oriente nasces  
cuius cortex folia et flores conve  
niunt medicina et principue cortices quae sunt  
in radice, et ut dicit Ipsi, li, xvij, Lapparis  
a grecis nomen sumpsite eo quod habet rotunda  
da in summitatibus capitella. De cap  
pari ait di. Dyasco, qd est herba siue fru  
tex spinosus expansus sup terram, vincti  
one plenus cuius virtus duriciam sple  
nis sup omnia medicamina iuuat, nasci  
tur in locis aridis et siccis ac duris, et ma  
xime in antiquis muriis, ventrem remol  
lit comedunt, vrinam provocat et mestru  
is imperat, dolorum dentius mitigat, suc  
cus eius auribus instillatus vermes ne  
cat, multas habet radices et magnas quae  
cornices sunt viles ad predicta. In plate  
ario dicit capparis ut volunt quidam est  
herba que in principio veris est colligen  
da et desiccanda, et per septem annos in ma  
gna efficacia conservanda est. Et est bona  
ac laudabilis que cum frangitur non pul  
ueratur, et aliquantulum est subamara  
ta in sapore et subrufa in calore, et flores

eius sunt calidi quando adhuc sunt clari  
fi, qd nihil valent cuj fuerint dilatati, cuj  
sale coniduntur et sic vsui reseruantur, ut  
tem halent appetitum excitandi et dige  
rendi humorum in ore stomachi existen  
tem. Sunt enim cibus et medicina, con  
tra surditatem confert puluis eius auri  
bus fistulatis si in oleo decoquatur et au  
ti patienti infundatur. Hunc ies Plat.

## Capitulu XXXIII

### Decardamomo

Ardamomum de quo dicitur sa  
per Ezech, vtdi. Dyasco est semen  
cuiusdam arboris tempore veris  
fructum producentis, facit enim quasdam  
tuberositates similes lotro vincarum quae  
bus semeni continet, et est duplet ma  
ius quod dicitur domesticum, et minus quod  
dicitur silvestre, primum est melius, qd  
magis est aromaticum, et est laudabile  
quod est subrufum aliquantulum acutum  
dulcedini intermixtum, virtutem habet  
confortandi et consumendi, et ideo val  
contra cardiacam passionem, contra sto  
machii indigestionem, ad appetitus pro  
uocationem, ad vomitus repressionem,  
ad cerebri debilitatis confortationem, et  
di, dyasco, et platea.

## Capitulu XXXIII

### Decalamento

Alamentum est herba quedam  
mente similis, De qua sancti in  
glo, aliquando faciunt mentio  
Et est duplex secundum Dyasco, et Platea,  
sc; montanum et illud simpliciter est me  
lius, aliud est quasi domesticum non ut  
siccum sicut primum, virtutem habet co  
solidandi et consumendi cum calidum sit  
et siccum in tertio gradu, ut dicit idem.  
Valeat contra tussim et infirmitatem pe  
ctoris, ex causa frigida sicut et dyacula  
mentum quod est electuarius quod ex il  
lius herbe floribus et pulueribus et ali  
is est confectum. Stomachi et intestino  
rum dolorem sanat, contra rheumaticas  
et frigidas causas iuuat, mortis reperi  
tum curat. Et venenum ad extero /

# Liber. XVII.

212

ta renocat. succus eius autibus instilla; tis vulnerum et auctiñ etiam vermes necat. libidinem domat. contra lepram adiuuat et retardat. supstuitatem et humiditatem maticis anhilat et desiccat ut dicit idem. Multas alias virtutes habet sicut artemesia. sed hec iam sufficiant.

## Capitulu XXXV.

### De carice

Acre ut dicit Isid. est herba du-  
c  
c tissima et acuta cuius stipes fine  
virgula est triangulatis manu  
secans ipsum violentius correctatis. fo  
lia habet in utroq latere secantia rati  
ta. piramide formam ad modum gla  
di representantia nunc tamen caricis a  
cum en aliquem ledit nisi primitus con  
tingatur. In loco palustri et molli crescat  
et non modicam duriciem piter raci  
men habere in sua substantia se ostendit.  
Scdm Plini. aut inter genera scirpi co  
putatur. vñ et caricam scirpi noiat trian  
gularem de quo subdit q̄ tadir scirpi tri  
anguli est odoris boni et virtutis sicut ca  
lami aromatici. sed hoc intelligo non in  
generali sed multū in speciali sicut ipse  
memorat li. ii. Et carice autem dicitur care  
cum. locus scybi crescunt carices sicut  
et a salice salictum vbi crescunt salices.  
vt dicit Isidorus.

## Capitulu XXXVI.

### De carduo

Ardens fm Isi. grecum est. et  
c genus herbe vel fruticis spinosi  
cuius natura mordax est et austera.  
et ideo succus eius allopicias. i. capil  
loz flueat curat. De carduo di. Dyasc.  
q̄ radix eius in aqua decocta cupiditatē  
potatoribus administrat. matici utilis  
simus est. et iō non est mirū si a mulieri  
bus desidereret. q̄r iuuat ut masculos pro  
creent. vt di. idem. Est autem carduus  
herba multum aculentas halens bastas  
et in summitate spinosa capitella i qui/  
bus semen cardui et tinetur. qd itaq ex  
terius nigrum est hoc album est inter/  
in medulla. et est semen diureticum et  
diurifacient. et valet contra calculum in reni i

bus et rectifica. crescit in locis incultis. ut o  
pascitur ab asinis et bestijs coculatur. sicut  
dicitur. iiiij. Regū. iiiij. Transferunt be  
stie saltus et coculatur carduus et.  
De carduo autem dicit Plini. li. cc. ca.  
xvi. Cardui folia et caulis spinosas lanu  
gines habent. cuius semen et radix resci  
possunt. Et est quoddam genus cardui  
qd sine iteruallo tota estate floret. et uno  
fiore cadente concipit aliud cui aculei  
aterrante folio resinxunt pungete. Sunt  
et alij cardui spinosi frugib' inimici. ut  
dicit idem. et abundat in semine. et ideo  
vit possunt extirpati vbi semel crescunt  
nisi affuerint cultoris diligentia carduos  
extirpantis. In ipso autem extirpatio  
ne sepe lesionem patit et puncturam.

## Capitulu XXXVII.

### De carica

Arista est ficus siccat a copia sic  
c vocata. nam singulis annis sic  
vt di. Isi. lib. xvij. et quater re  
fructum giguit. atq altero maturescere  
alter oritur et succedit. Larice a senibus  
sumpte in cibo sepe ferunt defendere ip  
so rugas. vt dicit idem fm Isi. vero in  
ter fructus carica est dulcior et est utilis  
in albo et in medicina. multum enim nu  
trit et impinguat. sanguinem grossum et  
multum generat et tebiles confortat. secundū  
du medicinam vero pectus mundificat.  
tussum sedat. vocem clarificat. fauciū tu  
morem mitigat tenes et rectificam et marti  
cem purgat. cocte in vino cuj absinthio  
idropicos curant. trite cum sinape per  
tiginem autum purgant. tamen incito  
numis ruitate inflationem et ventositas  
generant. pediculos creant. vt dici Dy  
asco. alias enim proprietates. quere infra  
de fico.

## Capitulu XXXVIII.

### De cimino

Iminū fm dyasc. et macrobium  
c et pīlū est semē aromaticū co  
lore pallidū. Unū pīlū. Rigos  
sum pīlū et pallēt grana cimini calidaz  
sicca in scđo gradu. virtutē h̄z diureticā  
fumositas subtilitatis et digestiōis fortia

ciuum et ventositatis mitigatiuum et doloris stomachi et inflationis respissinā. solutionis ventris restictiuam. cū acetō infusum primo affectur et insufflatū i na-  
ritus sternuratiōem puocat. sanguinem de naribus pfluentem sedat. tumorē fau-  
cium et dolorem mitigat atq; sanat cum  
baccis lauri reuma. frigidū cōpescit. san-  
guinem coagulatum oleomixtū cū cera  
mūda discutit et dissoluit. liuorem et cō-  
fusione siue alio modo factū puluis ei-  
cū cera bene cōmixtus sepius apposit̄ to-  
taliter tollit et eius frequēti su facies di-  
stoloratiōem in currit. Hucusq; Dyasc.  
et Plat. Idem fere di. Pli. li. xx. ca. xvii.  
vbi di. q; cymīnū aliud est to mesticū ali-  
ud silvestre. et di. q; multis cōuenit reme-  
dijs maxime stomachi. cuius dissoluit i-  
lationes et intestinoꝝ discutit dolores at-  
q; viscerū torsiones.

## Capitulum XXXIX

De coriandro

Coriandru de quo dī Exo. xvii.  
et Num. xi. sīm. Iſi. li. xvii. ēſei-  
mēn quoddā odoriferū a grecis  
coriō dicunt. cuius semen in vino dulci-  
datū. hōies et dī reddit ad venereꝝ pmp-  
tiores. cauendū tñi est ne nimis detur. q; ab  
alio dubio amentiam adduceret et fu-  
torem. canabo aut̄ herba est cū semine ve-  
nuosa. Nam interficit eos si ab eis aliis  
quotiens assumat. vt di. Iſi. et Papi. et  
su paddit. Et iquid coriandru i absum-  
ptum calefactiuū et cōstrictiuū. necnon  
et somni. puocatiuū. sīm aſit autores dici-  
tur esse cōposite virtutis. Dicit etiā ſic  
Dīacer. in li. uo. I Frigida vis herbe cori-  
andri dicis effeſſe. Austerecq; ſiml quiddas  
virtutis habere. Hanc galienus ait per  
quā depellere ventris. Lūbricos tineaſcq;  
ſolent ſi trita bibatur. Cū vino vel ſi mi-  
xto ſumaf aceto. Coriandru herba in ſe ē  
odorifera. dñi est integrā. ſed manu  
ſtricata fetet. ſemeū eius candidum r̄mi-  
nutum.

## Capitulum XL

De coloquintida

Coloquintida. de qua dīcī. iiii.

Regū. iiii. est genus herbe amarissime. ſ.  
cucurbita agrestis. q; more cucurbite ſia  
gella tendit iuxta terram fructa rotun-  
do et ſilis cucumerry ſuali. herba quaſe  
vitis ſe diffundit in ſepibus. fructu mo-  
dico et rotundo. vt di. Iſi. li. xvii. Sed  
dum Dyasc. vero coloquintida que dīcī  
cucurbita aleſandrina aliqui inueniunt  
ſola et tñc est mortifera et venenosa. ſicut  
herba que dī ſquilla. i. cepa marina. ſed  
qñi cum multis inueniunt non ita p ola eſt  
no ciua. habet aut̄ medullam cortice atq;  
ſemen. medulla eſt optima in medicina  
ſemen ſecundario. ſed cortex nulli? vñ mo-  
dice eſt vñtis. vñ illa medulla eſt lau-  
dabilis que eſt alba et cui ſemina bñ ſunt  
in ſerita. illa aut̄ parū attendēda q; cū con-  
cutif multū ſonat. ſil qñi de facilis pulue-  
ratur. vñtum habet diſſoluendi et con-  
ſumendi. ex amaritudine etiam dividē-  
di et penetrandi. et ſubſtantie ſue ſubtili-  
tate ſteuma purgat et melancoliā. vñd  
dīcī valere cōtra quotidiam ſcabiem  
et quartanam ſi mō debito patientibus  
offeratur. dolo dentis ſubuenit. lūbricos  
id eſt longos et lubricos vñtris vñmes et  
cludit. Ermes aut̄ puluis eius her-  
bita. ſplenis et epatis duriciam aperit.  
ſi ſuccus eius cū ſenculo p̄pinetur. eius  
recoctio emorroidas. i. ſanguinis venas  
aperit et menstrua puocat et educit. Has  
et alias multas virtutes habet vt di. dy-  
asco. et plat. et etiam pli.

## Capitulum. XLI

De croco

Roccus de quo dīcī Lafi. iiii. et  
Trenor vñt. herba ab vñtē cori-  
cio ſic dicta vñbī maxime abſudat  
vt di. Iſi. li. xvii. eſt herba cū ſtore ſuo ſic  
dicta. led ſlos in quo eſt potissima vñtis  
crocum dicitur. et eſt optimi qd e recēs  
odoris boni longum. patū albi integrā  
neq; in fragmenta cōminuta. in ſpirario  
ne tonum. et cum capitut infiat et tingit  
manū et leniter eſt acutum. qd ſi hu-  
modi non fuerit vñtum cognoscit aut  
infusum adulteratur aut̄ admixto cro-  
comaginate augendi ponderis cauſa ſpu-  
ma argenti trita additur. ſed prodiuit ſi

puluerulentum inuenitur. et si decoctū ab odore p̄prio immutetur et dicis croco magma sufflitas que relinquit ex aro matibus ex quibus croceū fit vngentus. Hucusq; Iſi. fm Dyasc. vero due sunt species croci. Ortenis dictus ab orto i quo nascitur. et orientalis a loco ubi crescit sic vocat. Et est iste nobilior q̄ or̄teſis. nec aponitur in vomitinis medici- nis p̄ducit aut florem purpureum habens caput ad modū viole. in cui medio tres vel quattuor flores p̄ducit. Eligendi au tem sunt subrufi vel oīno rufi. subalbidi vero ab ī ciendi sunt p̄ decē annos p̄nt f uari. Est autem crocum calidū et siccum in primo gradu et in suis q̄litatibus tpa tum et iō est cōfortariū vñ cōtra tēbili tatem stomachi et defectū cordis multis valer. vulvæ. oculorū et sanguiney l'ma cula tollit si tristū cū rōsis et vitello oīni oculis aponatur. Hucusq; Dyascori. et Plate. Unam enī p̄prietatem habet croc q̄ in folijs p̄ totam hyemē retinet virō rem nec deponit illū q̄tūcūq; frigus in tendat. in estate vñ feciūt ei folia p̄nitus et marcescūt. et post medī autūnum iterū crescat utunc flores eius in te nū stipite erexit et prumpūt. Sicut aut̄ di. Arest. li. vegetabilis. crocus habet ma gnam cōnenietiam et silitudinem cū ce pa et ascalonia in radice. differt tam ab utracq; qm̄ cepa sive radix croci est cōti nue carnis et non facit semen sicut ascalo nia. sed etiam est tota rō eius seminati ua in radice. et oīs tunice croci sunt māere. et nō recipiunt tunice eius orī ab vna pte cepe sive sicut accidit in ascalo nia et domesticā cepe. sed incipiūt tunice croci a locis germinationū venarū cepula rum. et hoc est de p̄prio croci vt di. Arest. Habet aut̄ cepe croci radices capillan tes quibus adheret terre et attrahit sibi nutrimentū vt liliū et alliū et hīmōi. et qm̄ cepe croci est grossa et iam matura incipit dividū et multiplicari in capita multa p̄prias tunicas et radices hīftia et ex sin gulis crescit planta. Ex quo p̄t q̄ in ei capite seu radice est eius virtus semen tina q̄ est sui multiplicatiua et sive speci ei cōseruatua. quēadmodū di. Pli. Si

dem crocum lī. x. ca. xx. sic commendat Crocū inquit cū melle nō soluif nec cū aliquo dulci. facillime aut̄ cū vino vñ cū aqua. Utilissimū est in medicina. destruit enī oīes inflationes et dolores oculorū. maxime si cū vino fuerit mixtū. pectori stomacho et epati summe vtile est. q̄ crocū prius biberit ebrietatem et crapulā nō incurrit. Lorone aut̄ ex eo facte ebri etati resistit nec p̄mittit hoīem inebrī ari. somnū facit et caput mouet stimulat venerem. flos eius illitus ligni sacro subuenit. De croco fit vnguentū citri num et croceū qd̄ greci crocomagon vo cant. Et valet cōtra suffusiones oculorū et est optimū qd̄ gustatū dentes inficit et salivam. vlcera capitū purgat. capitū tormenta et inflationes sedat. serpentū arenearū morsus et scorpionū pūcturas curat. Hucusq; Plinius.

## Capitulū XLII

### De cepe

Epa vel cepe est herba cuius vis tota est in radice et in semine. et ideo sic cepe vocatur vt di. Iſi. q̄ nō habet nisi caput. De cepe di. Aire. li. de plantis. Cepe iquit et ascalonia bis faciūt folia et habet cepe stipitem in quo facit semen et habet radicem pluribz tu nicas vestitam. et sub radice habet alias radices quasi capillares quibus nutrit grossa radix. et p̄ hanc ad totam herbā hu mor transmittit radicalis. In primo at anno nō pficit radicem. sed in secundo postq; leminat. Similiter nec semē ante scđm annum facere consuevit. nec facit semen in folliculo sicut allium et quedaz alia. sed in summitate stipitis semē sup quosdam pediculos. i. pedes p̄nos se di latat. Species autem cepe est duplex. s. domesticā et silvestris q̄ canina ab Aire. nuncipatnr. Canina autem cepe flores habet albos versus celum et vides quo dāmodo versus terram. Et talis cepe valet cōtra apostemata. habet autem ce pe domesticā stipitem cōcaū et sine no do et sicut penouat folia ita et radices vt di. Aresto. in p̄dicto libro fm Dyascori dem cepe domesticum est vtile ad medi

ciram et ad cibum. Est autem viscosa et frigide nature et maxime illud quod est ob longum magis quam rotundum. et magis tuisum quam album. et magis siccum quam recens et magis crudum quam coctum. comedestum fastidium tollit oris fetorem diminuit vertrem mollescere condit. succus eius cum melle caliginem oculorum detergit. succus eius litargicis subuenit. auribus cum lacte mulieris instillatus eius dolorem sedare consuevit. comedestum tempate prout conuenit viscosos humores incidit. ora venarum aperit. venum et menstrua provocat et educit venenū morsus rabidi canis extinguit. et alijs venenosis morsibus succurrit et resistit. cutem clarificat et poros aperit. et iō sudorem proicit et educit. et comedendum crudum nihil nutrimenti corpori tribuit. colericis obest. flagmaticis conuenit. sitim facit. infatiōem gignit. et acumie suo caput percutit atque ledit. et nimis comedendum aliquā mania et insaniā inducit et terribilia somnia videre facit percipue si ab exercitibus egreditudinem comedendum fuerit. lacrimas solo odore provocat et visum ledit. Hucusque Diag.

## Capitulum XLIII

De cepe

Excepsum caninum dicitur squilla et innenitur iuxta mare unde a Plantea cepe marina appellatur. reputatur autem quod sola et tunc mortifera ac venenosa est. si intus recipias nisi ei venenositas reprimatur. Solent autem Ialernitani eam dividere in plures partes et plantare in ortis sigillatum et ita reprimunt venenū eius. reprimis autem malicia si in vino et oleo aliquātulū dimittatur. et sic in medicis apponatur. De autem scendi ista cepa et interiora et exteriora ora abiici. quod exteriora sunt mortifera per nimia caliditate. et interiora per nimia siccitate. sed media sunt tempata multorum conuenientia medicinis. De cepe autem dicit Plini. li. xx. ca. xvij. Cepe apud grecos multa sunt genera et eis omnibus est odor lacrimosus. et est optimū quod est rotundissimum et crux est rufum quam candidum et crudum quam coctum servit et plantatur. sed quod

seminatur ante annū sequentem non facit semen. et quod facit corruptum ipsum capit. unde ex corruptione iacti seminis lignitur ipsum caput et productio seminis capitum est corruptio. Multa autem seri seminece pe in solo terre foso herbarum alias radicibus extirpatis. semen eius nigrescere incipiens metitur antequam totaliter matuerat. radices eius optime in paleis conservantur. et licet contingat capita inueterata. aqua salsa et tepida sunt capita intingenda et ita efficiunt diu in turniora et esum meliora. sed in siccis ad seminandum vel planum sunt utiliora. multi etiam capita parum sicut et alliorum suspendunt in fumo supra ignem et sic ne germinent conservantur. quod sepe extra terram facere certi est fieri allium nisi per artificium caueatur Item li. xx. ca. vij. Lepes filuestres non sunt sapide nec multum comedibiles. sunt tamē mulsum medicinales. Ispo enim olfactu caligini medentur. magis auctoritate provocant. oris ulcera sanant. morsus caninos cum melle et vina curant morsibus enim serpentum obuiant. auricularum sonum et gravitatem emedant. cum adipe sanino aut cum melle lumborum dolores iuvant. vulnera cum melle purgant et sanant. Hucusque Plini.

## Capitulum XLIV

De cucumere

Cucumer eris quedam est herba de qua dicit Isido. li. xvij. cuius meres sunt dicti eo quod interdum sunt amari qui dulces nasci prohibentur si lacti mellito eorum semen infundatur. Dia sco. autem dicit. Cucumeris natura frigida reperitur ventrem soluit stomachum accommodatur. quibus anima deficit succurrunt odore. folia eius trita vulneribus medentur que impressit caninus mordet. semen eius tritum cum vino dulci et potu datu reficacem adiuuat laborantem. Secundum Plini. autem li. xx. c. ii. 7. iij. dicit quod cucumber ortensis et filuestris cuius radix est magis grossa et alba. et cuius succo fit electuarium quod est necessarium in multis medicinis.

## Capitulū XLV

## De cucurbita

Cucurbita sīm. Iſi. nōmen est grecum cuius origo latinis est cicerata. Eius genera sunt multa. ut tangit Iſi. li. xvij. Et di. idem Pli. Est autem cucurbita alia domesticā et ortensis. alia silvestris. domesticā vero in ramos et folia pariter et flagella ad modū vinee se diffundit et qui busdam ligamētis se connectit sicut vītis. et halet quosdam flores albidos quos emittit potissimum cōtra noctem sine appodiātione flore re potest. sed fructus eius vix p̄ficit imo reficiat vel putreficit qñ ad modū vinee a terra non erigitur et lignis vel virgulis nō sustentat. Est autē cucurbita sīm plā. frigide et humide cōplexionis et in qualitatibus tempate. In calidis regionibus p̄cipue inueniēt cuius semina in terram proiecta herbam p̄creant ex q̄ pdūcunt albi flores. et tandem fructus pleni semine et medulla cuius cortex primo mollis. sed qñ p̄uenit ad maturitatem ad modū ligni indurescit. fructus eius quādo noui sunt cōuenient cibis et semina medicinis. Sunt autem semina ei⁹ diu retica et diuisua. ppter sue substātie subtilitatem. et iō valent cōtra opilationē epatis et renū ac vescice. acutam patientibus cucurbita elīcta vel assata cibus ē et medicina. Nam materiam infirmitatis purgat p̄yrinam et aliquātulū larat. calorem reprimit alterat atq̄ cōfortat. semina eius post maturitatem colliguntur abluuntur et ad solem desiccant. ne p̄p̄ humiditate supfluam corrumpant. In loco sicco p̄ trienniū reseruantur. Hucusq; Plate. Scōm. Plini. autē succus cucurbitae valet cōtra ignem faciūt et cōtra tñō tem oculorū. mitigat dolorem aurū si te pidus immittat. semen eius tritū si puluerem et inspūlū replet cauata vulnera Linis corticis valet cōtra cōbusturam. Dicit autē adhuc Pli. li. xx. ca. iij. est cucurbita silvestris digitalis grossitudinis nascens in savosis locis. Luius succus stomacho et vescibus multū p̄dest renū et lymphas. paluis subuenit. medulla cum

absinthio et sale dolores dentium tollit. succus eius cū acetō calefact⁹ mobiles dentes sistit. caro eius sine semine danis pdū. i. arostematibus succurrat vīnū cū ea fetuefactū oculorū impetus tollit. flora eius cocta et trita vulneribus subueniūt. semen eius potatū cū vīno venenū vincit et comedī nō debet. qz inflatiōes facit. Est autē cucurbita agrestis sīm Iſi. li. xvij. idem q̄ coloquintida herba mulsum amara quēadmodū cucurbita vīsus et terram flagella tendit hīns folia magna gravis odoris ut cucurbita. et fructū rotundū facit sicut cucumer vīualis. ut di. Iſi. q̄re supra te natura coloquintida

## Capitulū XLVI

## De celidonia

Celidonia est herba croceos hīns flores atq̄ fructū croceū tangētis man⁹ intingentem sic dicit. eo q̄ in aduentu hyrūdinū videt erūpeare vel florere. ut di. Iſi. li. xvij. Celidonia enī grece hyrūndo latine dicit. et subdit. Iſi. Uel dicit celidonia. qz pullis hyrūdinū si oculi ledans matres eārū illis ex hac herba medicatur. Idem etiā recitat Pli. s. q̄ succo celidonie oculo hyrūdinū eruti siue leſi ad statū pristinū reuerantur. Alias siquidem notabiles habet virtutes. halet enī vītū dissolēdi attrahendi cōsumēdi ut di. Dyasc. dolorem dentū mitigat. caput purgat. menstrua puocat. et matricem mūdat. fistulā oris et cancrū curat. sīm Pli. Dyas. et Plate.

## Capitulū XLVII

## De centaurea

Centaurea est herba amarissima calida et sicca in tertio gradu. et ideo fel terre est vocata. ut dicit Iſi. qz a chirone centauro eius vīt⁹ pri mitus est inuenita ut dicit idem li. xvij. Est autem duplex scilicet maior et minor. Prima maiores habet ramulos et foliæ. et est majoris efficacie q̄ minor. ut dicit in Plat. et ibidem dicit Constan. q̄ radicis majoris calida est et sicca in secō gradu. et halet quandā amaritudinē cū dulcedine. et iō hīs vītūe conglutinādi.

et et amariti dñe halet vim diureticaz  
et diuisam plus valent flores et folia i  
medicina qz alia que sunt in ea . dolores  
ventris sedat . vi sum clarificat . renes et  
splenem teopilat . paraliz curat . vmes  
ventris cum melle necat vulnera radit  
ei cōsolidat sic di . Pli . Diasco . et plas .

## Capitulum XLVIII

### De daphni

Aphnis grece laurus dicit lati  
ne vt di . Ili . li . xvij . Et est lau  
rus a verbo laudis dicta . Lauri  
eni ramis et folijs cum latidibus victor  
capita coronabant . et iō apud antiquos  
laudea vocabat . sed post sublata litera d  
et surrogata . r . laurus est dicta . sic quon  
dam dicebatur medidies que nūc meri  
dies solet dici . vt di . Ili . Hac arborē gre  
ci vocant daphne ; eo qz nunqz deponat  
virtutatem . Hyeme enim viret et estate . et  
ideo inde victores potissime coronātur .  
vt di . Ili . et subdit . Hec sola arbor a vul  
go credis minime fulminari . vñ fuit ap  
pollini antiquitus psecreta . de qua dicit  
magister in histo . sup illud ybum Lon  
suluit Isaactominū sup Hen . xxv . Re  
becca ex more gentiū quem viderat i pa  
rentibus speciem lauri quam tripode di  
cunt capiti supposuit . et ramis arboris q  
agnuscastus dicit imicubuit ut visiones  
veras videret et fantasticas non sentiret  
De lauro siquidem dicit Pli . li . xvi . ca.  
.xx . Laurus triumphis pprie dedicatur  
que gratissima est tomibus cesarū atqz  
pontificū . qz tomos erornat . Et sunt duo  
genera eius . s . delphica et ciprica . Lauro  
delphica delphis primo coronati sunt tri  
umphantes . Ciprica vero romani primo  
suos coronabant . mō autem multe speci  
es lauroz inueniuntur sed differunt in vi  
tore et magnitudine et similitudine bac  
carum . Est aut̄ arbor multiplicis speciei  
et enumerat Pli . xiij . species eius ar  
boris inter quas ponit quandam species  
lauri quam dicit fuisse magno ioui et ap  
pollini delphico dedicatam . Et ideo tell  
laurifera in tomibus et in satis a ful  
mine manet tutta . Sine autem lauri p  
sentia non solebat apollo date responsa

sua . et ideo quia diuinis credebatur co  
uenire honoribus . honorem triumphis  
obtinuit . neclicebat laurum pollui vñibz  
illicitis et pphanis . qz ppter ppcia da nu  
mina sup altare ponit debuit et offerri . ce  
sar autem tylerius celo tonante laurum  
in capite solitus erat ferre sicut ferunt cō  
tra fulminum metus . Narrat etiā ibi  
dem Pli . miraz rem qz ci augustus sede  
ret in quodam orto uicta drusillaz augu  
stam deiecit aquila te alto gallinam mu  
ri candoris illesam in gremium cesaris  
tenuit qz gallia laureū ramū i rostro suo  
onustum baccis multis . gallinam et solo  
lem infierunt auruspices obseruari . et  
baccas laureas seminari et cum diligenc  
ia custodiri . ex quibus puenit silua tru  
phans cuius postea cesar laurum in ma  
nu tenuit et coronam in capite gessit . ac  
teinde alios cesares eodem modo ex ea  
dem silua post obtentum triumphū ope  
ravit coronari . Hucusqz Pli . De lauro  
quidem addit Dyasco . qz est arbor elega  
tis forme et magne aromaticitatē ac mi  
re efficacie ac virtutis . nam folia eius vi  
tidia que multū odorifera sunt si cōtu  
dantur mitigant sanant puncturam et  
pum et resparū . et omnem tumorē spat  
gunt libros et vestes cum quibus ponun  
tur a tineis et vermis custodiunt et a cor  
rosione tutos reddunt . fructus lauri di  
cuntur bacce lauri . et sunt grana exterius  
nigra vel subrufa . interius alba et vñctu  
osa in figura spērica . in complexione ca  
lida et secca in secundo gradu subtile ; ba  
bent subām . et habent virtutem depurandi  
confortandi . et ideo in multis ponuntur  
utiliter medicinis ex quibus fit oleum  
pciosum qz valet cōtra multas et pre  
pue cōtra frigidas passiones .

## Capitulum XLIX

### De diptanno

Iptannus est herba medicina  
lis . cuius radix marime conue  
nit medicinis . et delet eius sub  
stantia esse solida non pforata que cum  
frangitur non puluerisatur . Virtutē ha  
bet dissoluendi attrahendi venenū et cō  
sumendi . Ut valet cōtra venenosos mos

sus et supposita vulneri et rotata. ut di.  
Drasc. et Plate. cum paucis additis di-  
citur in multis habere virtutem tuncia-  
menstrua. puocat et educit secundinas et  
fetum mortuus excludit. epilenticis et pa-  
liticis cum succo rute subueniret dicit  
idem Drasc. De hac herba dicit in Pli-  
li. xxv. ca. viij. Cerue inquit diptannus  
primo ministrare. nam eius herba co-  
medit ut facilius pariant. et si sagittis fu-  
erint lese diptannus querit quem come-  
dentes ferrum excutunt in vulnera dete-  
licitum. Item dicit Basilius in exameron  
et Ambro. et expositor supra can. vbi loq-  
tur te hinnulis ceruorum. Hec herba scdm  
pli. crescit in pluribus locis sed illa mi-  
nus est laudabilis qd crescit in agris pli/  
guioribus sive crassis. que aut crescit illo  
cis asperis et siccis melior est cuius mini-  
ma portio gustata accedit os ut di. id est  
Illi. li. xvij. sic dicit. Diptannus emos  
crete et quo diptannus herba nomine ac-  
cepit. Unus agilis. Cerua vulnerata sal-  
tus pugnat diptannus querit tanti eni;  
virtutis est ut ferrum a corpe excutiat et  
expellat. vñ et eius pabulo fere percussa  
ejacunt sagittas corpori inherentes. hanc  
quidam pulegum martis vocant. qd te  
la ejaciendi bellica ptaem. ut di. Illi.

## Capitulum L.

De dracontea.

Racontea est herba quedam sic  
dicta. eo qd hasta eius in modis  
colubri sic maculis respersa fili-  
tudinemqz imiteret ipere vel draconis vol-  
qz herbam ipsam ipere timent ut di. Illi  
do. li. xvij. Hec autem a multis serpentaria  
vel colubrina nuncupata. nam florem ba-  
bet purpureum diuisum et aptum sic os  
serpentis de cuius medio procedit lingua  
qsi serpentea acuta nigra et rotunda et in  
medio floris ipsius surgit quasi caput se-  
mine grosso et rotundo. prius viride dein  
de rufum efficitur qd incipit maturesce-  
re. Herba ista sibi Drasc. magne effica-  
cie est et virtutis. nam radix eius exccata  
et puluerisata cu aqua rosacea facie mudi-  
ficat clarificat et colorat. cu sapone gal-  
lico fistulam sanat mudiatur et deliccat et os

eius dilatat ut os fractum vel putrefactum  
queat extrahiri cu aceto et calce via  
ua canctum curat. folii eius cu rino de  
coctum apostemata matutat. succus ei-  
auditum et frigida causa lesum sanat.  
visum clarificat. mestria puocat. emor-  
roidas. i. inferiores venas sanguinem flu-  
tes consumit et desiccat. succus eius interi-  
us sumptus aborsum puocat. odore suo  
serpentes fugat. nec ledit corpus a serpente  
si eius succo inunctum fuerit aut lumi-  
tum. Hucusqz Drasc. et Plat.

## Capitulum LI.

De draganto

Ragantum sibi Plate. et Aui-  
cen. est gummi cuiusdam arboris  
cuus humor vel actione caloris  
vel cōstrictione frigiditatis naturali in-  
durescit. cuius spes est triplet. nam est al-  
bum putum et clarum. et illud melius est.  
Est etiam subrufam et citrinum qd non est  
adeo bonum sicut albū cui nihil terre ad-  
mixtum est. qd albū est cōuenit frigidis  
medicinis. subrufum et citrinum detest po-  
ni in calidis per cl. annos seruari potest.  
virtutem habet infrigidandi humectan-  
di et mudiificandi ex frigiditate et humi-  
ditate et conglutinandi et sua gomosita-  
te. valet cōtra vicia pectoris in electua-  
riis et sirupis. nam pectus fuscum humei-  
ctat. humorum perditum restaurat. tussim  
sedat. scissuram labiorum et oris ulceratio-  
nem cōglutinat atqz sanat. faciem mudi-  
ficat et realbat. arteticos iuuat. cōtravidi-  
senteriam pdest. ut dicit in Plate.

## Capitulum LII.

Deeleno.

Benus est lignum ethiopicum  
colorem habens nigrum tactus  
lenem et planum durum et pon-  
derosum. Unde ppter poroz compactios  
nem possum in aqua statim submergi-  
tur atqz petit fundum. ut dicit in li. vege-  
tabilium. Est aures gustu stipticis et mor-  
dar qd igni appositum atius rapit ignem  
et suauem fumum emittit et odorem i co-  
ticula cōficitum rufum ostendit colo-  
rem. Virtutem habet purgatiuam et co-

fortatiuam. et iō collitis utiliter adpū  
betur sicut dicit Plini. et Dyasc. De eis  
no etiam ait Ipsi. lib. xvij. Ebenus inq̄ s̄  
india crescit et in ethiopia. qui celsus diu  
indurescat in lapidem. cuius lignū niḡ  
rortex lenis ut lauri. indicū maculosū ē  
et variis sed melius est qđ in nullo ē ma  
culosum. sed nigru est ilene. Solent autē  
poni iuxta crepundia ut infantem visit  
nigra nō terreat ut dicit Ipsi. et Vngulī.  
Ebeni cōmendat Pli. li. xij. c. v. di. Ebe  
ni ēsse arbore p̄ciosissimam auro et ebri  
cōpabilem. et iō solebant ethiopes lignū  
ebeni cum auro et ebore offerte impato  
ribus p̄ tributo. vñ et regina saba legit  
talia ligna dedisse salomonii. iii. Regū. p.

## Capitulū LIII

**D**e edera

Edera ab herendo est dicta ut dī  
cit Ipsi. eo q̄ arboribus adhēre  
at. vel dicis ab edo. q̄ sumpta si  
cium a capris lac multiplicat vñ nutri  
untur hedi. radic eius durissima pforat  
frigide est natate et frigidam indicat es  
se terram vbi crescit viro removi seruat  
et nō pdit folia que diu vivent. amari et  
stiptici est saporis. Edere ait fm. Plini  
um li. xvi. ca. iiij. sunt due species. l. alba  
et nigra. l. masculus et femina. masculus  
est maior et in folijs durior et pinguior. e  
dera vero alba fructu balet album. et nigra  
nigrum. Solent autē poete coronari fo  
lijs edere in signi viuacis ingenij et sub  
tilis. q̄ edera semp viret. similiter ede  
ra coronati in cedebat illi qui in sacris li  
deri patris. i. bachi ministabant. vnde  
hec arbor deo vini sacrata fuit similiter et  
marti. Unde et alexander magnus suos  
milites coronauit edera q̄ de india trisi  
phauit. vt di. idem Pli. exemplo literi  
patris qui galeas suoz tiro edere ador  
nauit. Est autē arbor. vt di. idem multum  
in altum se extendens q̄dū inueniet ar  
borem vel murum p̄ quem serpat radico  
sa seu ramosa. halens brachia et baccas  
quasdam sed amaras. cuius vmbra ē nos  
ciua et satis inimica frigori. serpentū ge  
neri gratissima rumpens muros et sepli  
chra. vnde mirum est q̄ haleū in hono/

rea veteribus fuerit consueta. folia ha  
bet intercisa et angulosa grauis odoris et  
plana. sed amara sub quoz vmbra latene  
vermes. Item ea. xxvij. mīra p̄ditur na  
tura edere ad excipienda vina. nam si si  
as vas ex ligno eius vina transstuere za  
quam siqua mixta fuerit. temanere cer  
sum est. Hucusq; Pli. fm. Dyasc. autē  
edera q̄uis sit amara utlis tamen est  
medicine. nam virtus ei inest stiptica et  
strictria et ideo disenterijs medef. succ  
cus eius naribus instillatus caput pur  
gat et dolorem eius mitigat. succus eius  
cum oleo tepidus auribus immisius co  
tra surditatem iuuat. Item idem Ede  
ra ex contrarijs est copolita. et iō in causis  
contrarijs opatur. ppter qđ virtutem habet  
maturatiam attractinam misificati  
uam et mitigatiuam. et iō appons sepius  
solent eius folia ad cocturas. eius gum  
mi diureticum est et dissolitiu. valet co  
tra calculum. eius folijs nutritus hic  
sanguinem balet acutiorem et ad fran  
gendi calculū in renibus et resica fortio  
rem. Est autē quedam species ipsius ede  
re sup cuius folia cadit ros et inuiscatur  
ac in ladanum comutatur. cuius virtus  
magna a medicis experit. Nam sun' ei  
menstrua. puocat et educit secudinas ex  
pellit. reuma compescit. caput et sensus et  
fortat. tuſientes iuuat. fluxum ventis se  
dat. et in multis medicinis adhiletur ut  
litter.

## Capitulum LIII

**D**e elitropio

Litropium est herba sic dēa. eo  
q̄ solsticio estiuo floreat. vel q̄ so  
lis motibus folia circincta con  
uertat. vñ et a latinis solsequiū appella  
tur vt di. Ipsi. li. xvij. Nam sole onere flo  
tes suos aperit. et cum sol occubuerit ille  
turn se claudit. et hec retrucaria dicit. eo  
q̄ extinguit verrucas et abstergat sine  
toretur sine cataplasmis. vt di. Ipsi. secū  
dū Plaf. ait solsequiū sponsa solis dicit  
et est herba frigida et humida in secundo  
gradu cuius succus bibitus valet contra  
venenū sumptum interius. valet etiam  
contra morbum caninū et venenosum si p̄

ta super vnu' nus ponatur cōtra calefactiō  
onem epatis et opilatiōem multū valet

## Capitulum LV.

### De elletoro

**E**leborus vt di. Iſi. ab elletorē  
flavio sic dicit. vbi plurimum gi-  
gnitur. hunc romanī veratrum  
dicit eo q̄ sumptum mentem motaz in  
sanitatem reducit. Cuius duo sunt ge-  
nera. s. album et nigrum. albus dicit el-  
letorus. q̄ radices habet altos et fleuma-  
ticos humores purgat. niger vero nigras  
habet radices et nigros humores. i. mes-  
lancolicos purgat hinc mūdat. Est autē  
scđm Dyasc. et alios autores herba mul-  
sum violenta in virtute et recipienda me-  
dicinaliter cū cautela. multū enī fedit et  
cito interficit qn̄ indiscrete aliquib⁹ ad  
hites. valet tamen contra multos mor-  
bos si rebito mō ad hites vt di. Dyasc. qz  
quartanas febres solvit. termes in auti-  
bus et alias interficit epilepticis litargi-  
cis subuenit eius puluis si cū pane mi-  
sceatur. et si a mūrbus comedatur mu-  
ribus interficit vt di. Dyasc. et etiā pla-  
tea. Inter aut̄ huius herbe duas species  
melior est elletorus albus. et est calider  
sicce pplexionis in tertio gradu et crescit  
in locis montosis et humidis et h̄z folia  
similia plantagini sed longiora et in fi-  
ne acutiora et stipitem vnius cibūtū siue  
magis. cuius radix laxat multum supe-  
rius et infelix et nūc teberimus elletor-  
o vt nisi materia fuerit digesta prius  
et pparata. et tūc etiam cum cautela. et  
ideo ipocras dicit. si vis elletorū ducere  
moue corpus ne sc̄s sumens elletorū sup-  
dormiat. et habet virtutem resoluēdi hu-  
midum in ventositatem. vnde sequitur  
suffocatio spirituum et mors. vt di. Dy-  
asco. et Platea. Elleborus autem niger  
multo picalosior est.

## Capitulum LVI.

### De esula

**E**sula quedam arbor est q̄ a me-  
dici calida dicitur i tertio gra-  
du atq̄ siccā vt dicit Dyasco.

cuius radicē maxime valet in medicina:  
cuius multe sunt species. et illatum vic-  
tus nūc est in lacte et in humore. nūc  
in semina. nūc in radice. vnde dicit. Lac  
anabula parit eacapucia semine gaudet  
Esula radicis cortica prestat opem. Est  
enim esula herba plana habens folia et  
rupta emittit laetum humorē q̄ qui  
dem est volceratinus. et carnis siue cutis  
corrosius. et eumatiuos purgat humo-  
res valet ydropicis et alijs patientibus  
ex humorē rheumatico varias passiōes.

## Capitulum LVII.

### De etuca

**E**t Ruca est herba alba domesticar  
aliquando silvestris calida et hu-  
mida. diuretica et apertiva re-  
nes confortat. paralism curat. vrinam  
puocat. vesicam et renes purgat. utilis ē  
in cito et in medicina. flores eius apesdi-  
ligunt et frequentant. vt di. Plinius.

## Capitulum L VIII.

### De enula

**E**nula est herba cuius manet /  
es est duplex. scilicet ortolana et  
campana que maioris est effi-  
cacie in radice. nam radix detet colligi in  
principio estaris et i sole exiccati ne et  
humiditate corruptatur. virtutem has  
bet leniendi et mundificandi. et neutrōs  
confortandi et viscōsam humiditatē cō-  
sumendi. Valet mitabiliter in frigida  
causa contra tussim infrigidatam et spi-  
ritualitatem membrorum frigidas passiones.  
vnde scriptum est in macro. Enula cam-  
pana tendit p̄cordia sa rē.

## Capitulum LIX.

### De epithimo

**E**pithimum est flos. thimi q̄ est  
herba cuius tota virtus in flore  
est. nā solus flos ponit i medici-  
na. vt dicit Dyasc. Plinius et Platea. vir-  
L 4

tutem habet purgandi rheumaticas vel  
melancolicas passiones. unde valet con-  
tra quartanas et etiam quotidianas ac-  
cessiones. valeat etiam secundum Constanti-  
nem contra stranguriam et difficultatem vrin-  
di et etiam contra splenis et epatis opila-  
tiones.

## Capitulū LX

### De ebulo

Bulus est fructus sive herba in  
folijs et in stipite sambuco arbo-  
ris simillima. cuius radices corti-  
ces frondes et flores sunt utiles in me-  
dicina. habent etiam secundum Dyasc. Plate.  
et Plini. virtutem dissoluendi et columen-  
macho nocua. Q̄ ſi cū iuta comesta fuſ  
tit ieuino ſtomachō erit penit⁹ culibet re  
neno inimica. nuces nō mature. vt dicas

ysa. quedā sunt recētes. quedā antique. quedā inter has mediocres recētes sunt magis humorose. mediocres vero sunt magis sicce. sed antique consumpta humiditate p caloris intensionē humoristica! tem digerentes magis sunt generaliter vnciuose. et ideo multū comedere in hūo/ res colericos refacili cōvertuntur. et maxime qñ a calidis cōpletionibz in usum sē pīus assumuntur. qz in talibz generat ad/ unctionē et capiti vertiginē inferunt et dolos rem. qui vero eas tēpate comedunt et tēpate sunt cōpletionis lene eas digerunt et eis cōgrue nutritur. virtus autē ea p attendi/ tur penes effectū medicinae. nam gene/ raliter cōtra rem venenosam corpora con/ seruant. qz sua ventositate meat corporis opilant et vim veneni ad vitalia penetra/ re nō pmittunt. Itē nuces cū sale et ruta/ et allijs mixte eq̄liter addito melle mor/ sui rabidi canis subueniunt si interi' su/ matur. et exteri' sup locū vulneris appo/ natur. venenū enī ad exteriora trahunt potētialiter et cōsumunt. Itēz cōtrite cum melle melācolica apostemata et fleumati/ ca mire dissoluunt. Contrite insup et ca/ thaplasimare super umbilicū interiora apostemata interi' in corpe nascentia te/ struit. vt dicit ysa. in diet. Figura asit nu/ cis est varia. qz alia est rotunda. alia pi/ ramidalis et oblonga. alia interi' plana et cōcava vt patet in auellanis et musca/ tis. alia lateraliter diuisa. sed in summi/ tibz ad modū crucis tecta gnomalit. i. per formā trianguli distincta. vt patet i/ nucibz maioribz gallicanis. in quibz ge/ neraliter forma crucis interi' est imp̄sa/ vt patet sensibiliter intuenti et c.

## Capitulum. CIX.

*De nuce auellana*

*Ex auellana respectu nucis gal/ licane a grestis et siluatica est. nā/ fine cultura crescit in corulis q/ sunt arbores crescētes in nemore siue sil/ ua. vt dicit Iſidorus. et ideo quia in loco publico crescens a transeūtibz auellitur et colligitur. merito auellana nūcupat. Euellane autē vt dicit ysaac. alijs nuci/ bus sunt minus calide et in substantia*

magis pōtice atq̄ grossae. min' rare i sub/ stantia et vnciuose. et ideo ad digerendū sunt dure et ad exēundū de corpe magis tardē. tamē qñ digerunt multū sunt cor/ poris nutritiue. si sumantur cum interiori pellicula multū sunt generatiue inflatio/ nis. et ideo ut eoz nocumentū auferas. ē/ vtile ut aqua calida pfundans et extreio/ res pellicule auferant. et sic erunt contra multas passiones vtiliter iuatiue. qua/ tu succus melli admixtus valet ptra alo/ picia et flutū capilloꝝ et facit pilos in cor/ pore germinare. ut dicit ysa. et oīta. Sunt et alie nuchi diversitatis que cōgruunt medicinae. sicut nux muscata et nux indi/ ca et nux vomica et hmōi. Et est musca/ ta fruct' arboris in india nascētis. crescē/ tis infra testam durā quodaz corio siue folliculo tectā ad modū auellane. cuius corix macis vocat et est multū medici/ nalis. maxime enī confortat cor et depuri/ gat in cerebro spūm animale stomachū in frigidatū calefacit et confortat appetitū et est corix ille subrufus habens saporem acutū et aliquātū subamarū. qui autē niger est vel terreus nō habens acumē in sapore ab iūcēdus est. Huc autē muscata a cortice et teca extracta circūdā quādā pellicula tenuissima et plana. que quan/ to est ponderosior et in odore suauior et sa/ pore acutior. tanto melior. vnde eligen/ da est que grauis et solida est interi'. que cum frangit nō puluerizatur. et subru/ bicuhdū colorē p̄tendit cum odore for/ ti et suavi. virtutem habet confortandi et stomachū calefaciendi et extenuandi ventositatem et auferendi dolorem capi/ tis ex frigida causa. applicata enī narilo confortat cerebrū et membra spūalia. vt/ dicit pli. dyas. et plat.

## Capitulum. CX.

*De nardo*

*Ardus est herba modica et spino/ sa calida et odorifera. vnde et a/ grecis nardi spica nardo staces appellatur. vt dicit Iſidorus libro. xvij. Est et eius species triplex. s. indica. syria/ ca et celtica. nō tamē crescit in syria. sed in quadam terra montuosa que in uno*

latere tangit syriam et in alio india. me-  
lior autem est illa que est leuis et fusca co-  
mosa et spicula patua odoratissima cypri-  
num similans. que masticata lingua desiccat.  
Hardus autem celtica a regione gallie rbi  
crescit est dicta, et etiam est similis nardo  
sive spice nardi. sed est magis alba. Ha-  
bet autem ut di. dyas. et pla. Virtutem conforta-  
di ex aromaticitate sua. valet contra fin-  
copim et defectum cordis et contra stomachi  
debilitatem. naribus applicata cerebram confortat.  
frigidum reuma confortat. contra surdi-  
tatem valet et aurium apostemata malum  
odoremoris amputat. et gingivias putri-  
das muncat. opulationes splenis et epatis  
soluit provocat mestrua. et matricem  
mildificat et adiuuat conceptionem. lapidem  
frangit in renibus et in vesica. Est enim her-  
ba diuretica. ut dicit plato. sciz incisiva et  
divisiva et usq; ad intima penetrativa.  
Item valet contra lingue palusim et con-  
fortat nervos et consumit humorem lin-  
gue organa occupantem. valere etiam di-  
citur contra morbum epilepticum si deinde  
modo patientibus ministretur. Ad multa  
alia multum valet. ex qua sit oleum nardi  
num quod ad omnia prius dicta et ad alia  
maxime est necessarium.

## Capitulum. CXI

### De olea

Iea est arbor fm Isido. cui fru-  
ctus dicit oliua. succus vero oleum  
nuncupatur. ut dicit Isido. libro  
xxij. sepe tamen arbor oliua appellatur. Est au-  
tem arbor oliua pacis et insignis. ut dicit  
idem. Nam ut dicit romanorum historia.  
sine oliuarum ramis non mittebant legati  
pro pace aliqua obtinenda sive alijs offre-  
renda. Unde fm remigii patet huius ar-  
boris excellentia. qz in signum reconciliatio-  
nis et federis dei cum noe colubra non cum alte-  
rius arboris ramusculo. sed soli cum oliue  
intersigno ad archa senestrâ est reversa.  
Imo fm pli. li. xv. vitores apud athenas  
quodam olea coronabantur. greci vero tandem  
oleastro lulos coronari iudicabant. ut di-  
cit idem. Est itaque olea arbor coma tri-  
tore et ramorum multitudine speciosa. stron-  
xes habens subalbidos et molles. vitoris

pulchritudinem in estate et in hyeme retine-  
tes. flores etiam habet minutos et multis  
suauiter redolentes. durum corticem et radicem  
amarum. fructum pingue sapidum atque  
dulcem. Nam ut dicit Isido ex amari-  
tudine radicis surgit oliua in pabulum  
lumis et medelam vulneris acin refectionem  
nem esuriens. In lucernis enim ponit ad  
ignem nutriendum. membris languidis po-  
nitur ad medendum. in cibo apponit ad re-  
ficiendum et ad coendiendum. ut dicit idem. Est  
enim oleum ignis et luminarium nutritium  
morborum remedium et cibariorum suauissimum  
coquimentum. ut dicit Isido. Est ergo oli-  
ua sive olea arbor fructifera et medicina-  
lis. cui cortex folia et fructus conuenient  
medicine. cuius ligni maxime est solidi-  
tatis et compactioinis et quasi imputabilis  
puritatis quae sit multe difficultate in ex-  
teriori subtilitate. multum tamen habet hu-  
morositatis et rectuositatis interius in  
medulla. De oleis autem et de oliuis dicit  
Pli. libro. xv. arboris oleatum fructifera-  
rum multa sunt genera in regionibus non  
multum calidis. sicut et nec in regionibus ni-  
mis frigidis. sed potius in tropicis. magis  
tamen se habentibus ad calorē quam ad frigi-  
ditatem. et ideo ubi est calidus ut dicit idem  
pli. olivas serui in solo calido non nimis  
pingui nec nimis macro radibus solis op-  
posito. nam certe in eis maxime confortant mul-  
tum diligit rorem celi et aeris serenita-  
tem. unde si fiunt copiosi umbres quan-  
to oliue maturescunt riciantur oleum et con-  
sumuntur. nisi sequatur serenitas que exte-  
nuet liquorē dicit Pli. ca. iij. nec indiget  
olea falce vel rastro ut putes sicut puran-  
tur vites. sed soli et rori celesti comitatur  
verno gaudet tempore et incipit tunc florere.  
cum fructus primo circa hyemem colliguntur  
collectis fructibus solent oliuantes terrā  
apire circa radicem. et quasdam tuberosita-  
tes et adulterinos ramusculos circaveras  
radices crescentes caure pseudidere. et hu-  
iusmodi superfluitates circa radicem solent  
aliqui et alii rusticī podagrā oleo appella-  
re. unde psestis illis radicibus falsis meli  
fructificat olea et mirabiliter emēdat nec  
vult olea percuti grauerter cum pteris per suo  
fructu colligendo. sicut faciunt aliqui minus

canti. qz talis pcessio cedit ad iniuriam  
ipſi artoris et dāni anni subsequētis. mi-  
nus enī fructificat sic pcessa. vt dīc pli.  
Oulte aut̄ sunt hui⁹ artoris sp̄es. que p  
diuerſitatē fructū discernuntur. Oliua  
itaq̄ fm Iſid. artoris oleo designat fru-  
ctum. cui⁹ multiplex differētia inuenit.  
vt dicit ysa. oliue aut̄ alie sunt domestice  
et alie sunt silvestres. domestice fructus  
faciūt qñiq̄ maturos qñiq̄ imaturos qñ  
qñ inter l̄os mediocres. Inter istos aut̄  
fructus oliuares primi sunt terrestres  
ponitiꝫ r̄uides. secundi sunt subrilexel  
fm dyas. iacinctini. vltimi vno videntur  
esse nigri. et quāto sunt nigriores exteri⁹  
tanto sunt maturiores et inter⁹ vncuo-  
fiores et ad exprimendū oleū aptiores. et  
sicut dicit Aresto. nūc pfecte mature  
scant in arbore etiā si p multos ānos ibi  
escent sed vt v̄ra et cōpletā consequātur  
maturitatē. optet vt bacce collecte de ar-  
bore p plures dies in vna cōgerie coacer-  
uentur. et sic p comp̄ssione mutuā ac ni-  
miā cōfortato calore et reuocato ad inte-  
riora ad plenā maturitatē pducenſ. fm  
vero ysa. in diet. oliue cum fuerint rubra  
hondū bene mature nec dñi plurimū vni-  
ctuose stomachi sunt valde cōfortatiue  
et cōstrictiue. et appetitus excitatiue. ma-  
xime si cū aceto vel aqua salsa fuerint p/  
parate. tamē dure et difficiles sūt ad di-  
gerendū et min⁹ alijs nutritiue. Nigre ve-  
ro que iam sunt quasi mature calide sūt  
et inter ſiccū et humidū t̄pate. multū qui  
dem nutritiue. sed stomachi mollificati-  
ue. et ad digerendū magis dure. quia vni-  
ctuositate sua in stomacho ſupernatant et  
ad decoctionis locū inferius nō deſcen-  
dunt. et ideo in humorū corruptionē ci-  
tius trāducunt et minus laudabiles sūt  
alijs ad edendū. vtileſ tñ sunt in medi-  
cina. qz et trite et posite ſupra loca q̄ igne  
vel aqua calida ſunt exuſta reficam repr̄i-  
munt ibi nasciturā. pozos enī aperiunt  
et exalare faciūt fumofitates que inclu-  
ſe ſub cute ſunt cauſa vſeſe et tumoris.  
Hucuq̄ ysa. in diet. Dicit aut̄ pli. libro  
p. ca. iii. q̄ bacce ſiue grana oliue q̄dū  
ſunt in arbore nō pererit. et quāto diuitius  
in arbore pmittunt. tanto meliores ſunt

ſemp enim nouas vites reſumunt et dif-  
ſicilius cadunt. Conſtant autē oliue vſe  
dicit idem. ex nucleo carne oleo et amur-  
ca que ſanies ſiue fet oleo dicitur. et eſt  
amara vtilis tamē in medicinis. ſed nu-  
clei cum folliculis oleo eliquato vtiles  
ſunt ad ignem nutriendū. porci etiā dicū  
tur inde impinguari.

## C apitulum. CXII.

De oleo

Lefi ſuccus ē oliue vt dicit Iſi.  
o et tanto eſt nobilitas quāto recē-  
tiuſ et faciliꝫ a ſuis folliculis eliq-  
tur. vt dicit pli. li. xvij. ca. ii. vbi dicit q̄  
oleum p retulatē viciat. et dicit ibidem  
q̄ oleum in torcularibꝫ extorquendū me-  
liuſ eliquaf si oliue ſiue oleo bacce priuſ  
cum molari lapide vñhemētius conſtitute  
feruētiffima aqua pfulse fuerint et reſper-  
ſe. nam p talem aquā calidam vncuoſi-  
tas ab amurca et nucleis separat. que ſu-  
perenatas tandem ab ipsa aqua artificiaſ  
liter ſepatur. Et vt dicit idē. quāto ole-  
um citius de torculari exiſtāto oleū lau-  
dabilius iudicat. nam pingu⁹ eſt et ſuau-  
us qđ minus cū terrestri ſubſtantia ad-  
miſſetur. Preter hoc di. paſ. q̄ ſi q̄ ſi  
aquaſ mersus oleum in ore priuſ inclusum  
in aquaſ emiſſerit clariora ſaci oia  
que in fundo aque cōtinent. et patet oculis  
ipsius facilis oia que in aque infe-  
rioribꝫ abscondit. Lui⁹ natura eſt vt  
cibos condit et fomenti luminū admi-  
nifret. et corpora feſſa recreet et confor-  
tet. neruos cōtractos et induratos ac ſpasmus  
remollit et relaxat. apoplemata dura  
mollificat et maturat. et maxime oleum  
lini. Oultipleſ enī eſt oleum et ex mul-  
tis rerum generibꝫ eſt exp̄ſiū. aliud au-  
tem eſt ſimpler. vt oleū oliuarū. oleū nu-  
cum. oleū papaueri. oleū amigdalini.  
oleū raphani. oleū lini. oleū canopi et hu-  
iſmodi. aliud eſt cōpositū. et ex hoc gene-  
re aliud eſt frigidū aliud calidū aliud eſt  
ſtipichtig et cōstrictiū aliud laxatiū. Hā  
ex appositione calidorū efficitur calidū.  
et ex frigidis frigidū. et ex ſtipichtig ſtipri-  
cū. et ex laxatiis laxatiū. et iō fm diuer-  
ſas cauſas morboꝫ ſunt adhibeda diuer-

sa genera oleruz, vt oleum laurinum nardi  
num puleginum in causis frigidis, oleum  
vero rosaceum siue violaceum in calidis cau-  
sis apponat. Potest autem oleum ita fieri cali-  
dum vt febre inducat si inde vene pulsata-  
tis et nares et vole manuum ac plante pe-  
tum inungantur. vt oleum in quo decoquitur  
caro leonina, vt dicit in compendio saler-  
nitani. Potest etiam fieri ita frigidum quod in-  
ducatur in membro inde puncto stupore et in/  
sensibilitate vt patet in oleo madrago-  
rino quod fit ex oleo in quo poma madrago-  
re sunt decocta vel diutius reseruata. Sed  
inter olea sic composita magis laudabilia  
et magis in medicina utilia sunt triplata.  
Simplex autem oleum quo ad medicinam et  
quo ad cibas primum locum obtinet oleum  
olivarium. deinde nucum et amigdalatum. ter-  
tio oleum papaveris. quod tamquam alijs oleis  
predictis est magis frigidum atque siccum. ma-  
xime quod fit ex semine eius nigro. et habet  
virtute inducendi somnum. valet contra ca-  
lida apostemata in principio. et contra epa-  
tis calefactionem. vt dicit Plat. alia autem  
olea minus convenientia cibo propter odo-  
ris gravitatem et saporis horribilitatem. con-  
gruit tamquam utiliter medicina sicut dicit  
Ilsa. in dietis. habet autem omne oleum gene-  
raliter multum aeritatis et aerei levitatis  
et ideo omni liquori suffertur et alijs li-  
quoribus subesse dignatur. penetratique est  
virtutis et sui diffusione. et ideo in vasis vi-  
treis vel vitreatis vasculis melius quam in  
ligneis vel porosis vasculis alijs custodi-  
tur. vestesque tangit inficit et in eis odo-  
ris sui vestigium quasi inseparabiliter tene-  
linquit. diffusum in aqua; in superficie in  
guttulas orbiculares se recolligit et vt to-  
taliter quo ad pinguedinem et sapore sepe-  
ti et ab eius superficie rix pmittitur. Oleum  
autem saepe asperum et odore horridum cum  
amurca siue fece mixtu. ad cibis non est  
aptum. nausea enim et vomitus provocat et  
stomachi orificium corruptum et imputrat. oleu-  
m etiam apes et animalia anulosis corpo-  
ris interficit et extinguit si inde profunda-  
etur. vt dicit Eresto. sed acero post intus  
renoviscit. Item oleum purum ferrum  
politum a rubigine seruat quando ferruz  
inde inungit. sed si fuerit corruptum vel

aquosum et si fece mixtu destruit ferrum  
et corumpit. vt dicit pli. li. xv.

## Capitulum. CXIII.

### De oleastro

Oleaster est silvestris olea sic dici-  
ta. eo quod in foliis similis sit oli-  
ue. sed eius folia sunt latiora. et  
est arbor inculta sterilis et amara. cui in-  
sertus oliue ramus vim mutat radicis et  
convertisit in propriam qualitatem. vt dicit  
Isidorus libro. xviij. Laurus lactima est du-  
plex. alia est similis gummi sine villo que  
tatis morsu. alia est mordax seu similis  
gute ammoniaci. vt dicit Isidoro. Et quaevis  
oleaster arbor sit silvestris. ramus eius cor-  
tices gumi et frondes convenienter medicie  
nam eius folia cui sint stiptica et amara.  
melle addito sanant vlcera capitibus atque  
oris. vt dicit dyas. succus corticis et fro-  
diuum stipticus est et costrictus. unde ya-  
let ad intercipiendum humor omnium fluxuum  
vt dicit idem. Gumum eius valet ad mul-  
ta. et illud quod est mordax maxime. nam  
vulnera mordicat et sanat. ginguas cor-  
rosas et corruptas adiuuat. et dentes mo-  
tos reborat et confortat. Erisipilam. iasa-  
cum ignem et colera furiosa carnem et ossa  
corrodentem reprimit atque sanat. valet con-  
tra allopiaciam et fluxum capillorum. et tin-  
git crines et canicem vel palliat vel retac-  
dat vt dicit pli.

## Capitulum. CXIII.

### De olere

Olus ab aleando est dictum. eo quod  
sum Isidoro. homines primo oleni  
bus aleantur antea fruges et  
carnes ad olum hominibus preferuntur  
pomis enim et oleribus nutritur ho-  
mines ante diluvium. sicut animalia gra-  
minibus atque herbis ut dicit Isidorus li-  
bro. xij. et quaevis omnia graminosa in ter-  
ta nascientia que sunt coquibilis et cuius ho-  
minum apta generaliter olera dicuntur.  
tamquam vulgariter caules olera dicuntur  
quae fructes et fructi amplius crescere cete-  
nis oleribus sibi sunt. ut dicit idem.  
quae per summitates dicuntur time quae come-  
ni quibus maxime est riges per naturam

lis. et ideo in tunc tam herbarum quod olerum  
maxime consistit efficacia medicina ut di-  
cit idem. Est autem herba frigida et sicca  
turbidum quidem et melancolicum generans  
sanguineum horribilem etiam odorem facien-  
tem. ut dicit yla. in dietis. et sunt etiam quod  
dam caules estuales. et quidam hyemale  
quorum herbe sunt composite ex contrariis.  
Nam substantia est grossa et dura ad dis-  
gerendum. Jus vero succus est colatum et  
inde desiccatur et ventris humectatius  
et lacatius sed substantia sine iure est co-  
stipativa. Tollitur autem eorum nomen-  
tum si in aqua elixetur. et aqua projecta  
in alia decoquatur et cum pinguedine opti-  
me conditatur. et dicit in die. Est autem  
herba que proficit per transplantationem  
nam quando in uno loco fuerit seminata.  
si postea creuerit in plantam ad humum me-  
liorem transserat. multum crescit. et tam  
in quantitate quam in qualitate seu virtute me-  
lioratur. In estate quoque folia eius tenera  
ab crucis et ab alijs vermis corroduntur  
in hyeme vero gelu et pruina costringuntur  
et sic efficiuntur magis tenera ad coquen-  
tum et ad comedendum meliora. nam revo-  
cato calore ad interiora foliorum melius  
digeritur substantia eorum. et sic efficiuntur  
magis sapida et sunt molliora. Pli. vero  
li. xx. ca. c. multis laudibus extollit caules  
quo ad usum medicinae et dicit quod eius tri-  
plex est species. quedam est crispavilis sto-  
macho alium modice molliens. alia lata  
habens folia spissa. et ista minus valet ad  
medicina. tercia tenuia habet folia et sim-  
plicia et ceteris amarior. sed utilior me-  
dicina folia eius trita et apposita bis in  
die sanat canum vulnera recentia. tenui-  
terata mure sanant. caulis parvus coctus  
soluit. multum coctus friggit. vino et ebrie-  
tati resistit. nervos confortat et ideo utri-  
us est palpitac et tremulosis. lactis vel  
tatem paret puerperis. succus eius valet  
contra venenum. dicit etiam idem quod valet  
contra mortuum canis rabidi. odorē semi-  
nis eius cocti fugiunt serpentes. Sul-  
tas numerat alias eius virtutes quas p-  
tedio hic omisso. dicit etiam quod bractea fil-  
uestris scilicet caulis per se nascens halet esse  
eius fortiores et.

## Capitulum.CXV.

## De ordeo

Rdeum est dictum eo quod cito fit  
aridum. ut dicit Isido. vel ab ora-  
dine. eo quod eius spica quoniam secundum or-  
dines continens inuenit. et illud genus or-  
dei melius pascit alia et triticum. et salu-  
bris homines quod malum tritici vel siligo  
ut dicit Isido. Illud est genus ordei ha-  
bens duos ordines in spica sua. Tercius  
dicitur trimense. eo quod iactum in terra non  
tempore celeriter recolligitur. ut dis-  
cit idem. De ordeo dicit Pli. li. xviii. ca.  
vij. primus inter frumenta sentitur ordeum  
apud enim multas nationes panis inde  
fit picipius. et polenta fit ex ordeo apud  
grecos. et illi primo ordeum aqua perfun-  
dunt. quod postea vellicant et sic molis co-  
fringunt et a cortice farinam purgant.  
Alij ut italicici ordeum secundum in subtilem  
farinam molunt sine perfusione aque pre-  
cedente. Ordeum frugum omnium mol-  
lissimum est in medulla. et sibi non vult nisi  
in sicca et solida terra. unde propter sue sub-  
stantie mollicie multum cito rapitur ad ma-  
turitatem. nec videtur aliquod semen mi-  
nus calamitosum quo ad corruptionem  
quia citius crescit et recolligitur. et ante-  
quam triticum inuadat corruptio vel rubi-  
go. Inter omnia vero crescentia frumenta  
ta viliorum halet paleam et humiliorum  
stipulam. sed multus habet laudabilem  
medullam quando modo rebito paratur  
et farinam accuratissimam seu polentiam. ut  
dicit pli. Est autem ut dicit yla. in die. or-  
deum granum frigidum et secundum virtutem  
habens colatiuam et mundificatiuam et exces-  
catiuam. et parum halet ventositas re-  
spectu fabae. minus tamen nutrit faba quod  
ordeum. Quis etiam sit magis naturaliter  
inflatiua. nec enim leue semper corpus nui-  
triunt que per ventris folliculos sive cor-  
poris se extendit. ut dicit idem. Multe  
autem sunt ut dicit Pli. qui plus utiliter  
ordeo in medicina quod in cibo. Inde tamen  
fit potus mundificans. corpus nutriendis  
et restaurans. spuma libra recreans et  
mundificans. de ordeo etiam continuo de cor-  
tice mundato et cum aqua iuxta decocto

fit medicinalis potus. quam physici pti/  
sanam vocant. cuius virtus est sitis ex/  
tinctiva. sanitatis custoditiva. febrilis  
caloris alterativa. sed de ptisano quere  
infra in litera t.

## Capitulū.CXVI

### De palma

**P**alma est arbor victorialis. sic di/  
cta vt dicit Isido. libro. xvij. q  
manus victoris sue obtinenter  
victoriaz est ornatus. vel quia est ad mo/  
dum palme hominis habens ramos. Est  
autem arbor nobilis et insignis sempiter  
ne pulcritudinis et virtutis. diurnis ve/  
stita frondibus sine ulla successione cōser/  
uans folia sua tempore hyemis et esta/  
tis. et quia est arbor annosa durans in vi/  
tute et viriore per multa tempora. ideo ad  
similitudinem avis fenicis que multis vi/  
uit annis. palma a grecis fenix est voca/  
ta et cum sit arbor fructifera fructus fe/  
tens delectabiles et suaves. non tamen  
in omnibus locis ubi crescit pcpit fructus  
maturitate. frequenter tamen in syria et  
in egypto fructus eius dactyla similitus  
dine digitorum sunt vocati. quorum no/  
minavariantur. nam alij vocantur pal/  
mule similes mirabolani i forme dispo/  
sitione. differunt tamen penitus in sapo/  
re cum isti sint saporis dulcissimi et vocan/  
ti. mirabolani vero saporis sunt horribili/  
s et amari. alij vocantur thebaici qui et  
nicholani. alij mutales quos greci cana/  
thos vocant. hucusq; Isidorus. Est autem  
palma et tangit gloria super psalmistam  
arbor magne proceritatis et altitudinis.  
sed tamen ad cedri altitudinem non ptingit.  
Luius radix est aspera et rotunda. in  
profundo ipius terre valde fusa. trun/  
cus autem eius solidus est et cōpactus et  
imputribilis firmitatis. cortex eius cir/  
ca trunci durus et rugosus. et quodamo/  
do pungitius et maxime versus terram.  
et ideo difficulter est ad scandendū et cum  
difficultate ptingitur ad eius fructum.  
folia eius piramidale habent formaz ad  
modum gladij. quis autem palma du/  
ra sit circa stipitem et aspera. in superiori  
bus tamen iochidi est aspectus in ramos

rum pulcritudine et in coma. in summi/  
tate ramorum portat fructus suos et nō in  
medio foliorum. ut dicit Pli. libro. xvij.  
Luius fructus est tanto vnguiculatior dul/  
cior et sapidior quanto immediatus solis  
radibus appropinquat. In multis siquidē  
regionib; crescat. sed non ita fructificat  
sicut in regione fetida solis spiculis co/  
tinue repensa et leni terra sabulosa et vu/  
trosa. et ideo palmis iudea est inelita. ut  
dicit Pli. libro. xvij. ca. v. Item idem.  
palmarū duplex est species. masculus et  
femina. masculus primo floret. femina  
post in germen prumpit. nec fructificat  
femina nisi ita sit quinqua masculo ut sal/  
tem mediante vento odoze masculi semi/  
na profundat. Idem etiā dicit Eresto. li/  
bro vegetabilium. Et quando seminatur  
oportet ut masculi et femine semina pi/  
ter seminetur et bina et bina sint cōposita  
et ex singulis eripit planta. vnde qua/  
ne plantile ex eis coalescit que ad ini/  
cem tandem coaduent. et ad modū ali/  
cuius retis mutuo mixto nature et artificio  
se connectit. nec bene crescit nec etiam  
fructificat femina sine masculo. imo si ar/  
bor abscidatur mascula femina post bidu/  
um sterilescit. sed aspersis folijs et florib;  
masculi circa radices femine. femina ex/  
vicinitate masculi quasi ex coitu iterum  
vires recipit et resumit nec diligat humo/  
rū plantati a locū humidū pingue et fumo/  
sum. imo potius locū salsum et arenosum  
et ideo ubi nō est tale solū. optet aspergi  
salē nō iuxta radicē sed aliquātulu invi/  
cino. et salis siccitate humorosa tē sup/  
fluitas consumatur. Et di. pli. quedā est  
species palme in meridiano orbe que tra/  
ditur esse una et non multiplicata alia ex/  
ipa. sed qñ p̄tustate oīno perit et deficit  
iterū ex se renascit ac ceu iuiscit. et idō pu/  
tatur fenix avis arabie ex huius palme ar/  
gumento nomine accepisse. qz moris et renas/  
ciatur ex se ipa sicut facit palma supradi/  
cta. ut di. pli. ibidē. Item ibidē di. idem  
In ethiopia sunt varie palmarū sp̄es.  
nō rariitate magis qz suavitate mirabi/  
les. int̄ qz sit ille qz dicit cariace melio/  
res et succo et cib. na ea p̄ fructus succo sunt  
velutini. vñ et ex eis vina p̄cipua expr̄

mūtūr. hucusq; Pli.li.xvij.c.v. Est igi  
tur palma arbor singularis gracilis stipi  
te et hirsuta respectu solia quo exiit. pul  
era aut̄ est dilatata in ramis et comis re  
spectu celi ad qd̄ supius in cacumine se  
extendit. cui folia sunt longa in superficie  
quidē plana ac spissa et flexibilia. diuers  
cōexionibꝫ vtpuſ a sportuſ valde apta.  
vt dicit hiero. nihilomin' in angulis la  
teralibꝫ sunt incidentia et pacuta. cui ra  
mi dicuntur elate se sc̄ eleuantes sursum  
seruantes virorē continuus et se nunq; ad  
infima inclinates. Et s̄m hoc media hu  
ius dictionis elate in penultima p̄duci  
habet. vt canticoꝫ. v. vbi dicit come tue  
elate palmarꝫ. elate tñ siue elates grece.  
dicitur abies latine. et s̄m hoc penultima  
corripit. et sic videſ ponere alia littera q  
di. canf. v. crines eius sicut abietes. et sic  
media corripi habet nō produci. Varias  
aut̄ fructus palme tam in forma q; in v  
tute s̄m diuersitatem ligni a quo exiit. et  
s̄m diuersitate soli in quo palma crescit  
et s̄m variā receptionē caloris celestis  
qui diuersimode s̄m diuersos sit ad pal  
matum cacumina se diffundit. vt di. pli.  
libro. xvij. Primum patet. nam in multis  
palmis raro vel nunq; inuenitur fructus  
propter malā vel minus sufficiētē dispo  
ſitionē ipsius arboris. vt patet in palmis  
yralicis. in quibus raro vel nunq; fructus  
aliquis inuenitur. et si crescat nunq; ta  
men ptingere ad maturitatē et cōpletio  
nem debita reperitur. vt dicit pli. Secū  
dum patet et p̄dictis quare in humoſiſ  
ue solo nimis frigido et humido pingui  
vel fumoso defacili non pficiunt. immo  
sine remedio nullatenus cōualeſcunt. vt  
dicit idem. Terciū autē patet q; in lo  
cis vmbrosis a radioꝫ solarium p̄ſentia  
absolutis. nec crescere possunt palme et  
si forte alicubi creuerint. nullatenus ta  
men poterūt fructificando ad palmarū  
gloriā puenire. et hoc est qd̄ tangit ysa:  
in diet. dactili inquit fructus sc̄ palmini  
feri calidi sunt et humidi in secundo gradu  
et diuersas habent actiones s̄m regionū  
varias qualitates. nam quidam nascun  
tur in regione frigida. i.e. remisse calida. q  
dam in feruida. et quidam inter hec pata.

qui vero in regione feruida vbi sol cōti  
nuus est fructus sunt dulcissimi sapidi et  
pre vſcoſtate quadam aliquātulū vni  
ctuosi. et tamē cū sint dulces valde. si q; s  
eis nimis v̄tatur aliquā poterūt sic v̄ten  
tibus infere corporis leſiones. nam tumo  
res et inflationes generat vlorem oris et  
stomachi et etiā capitis p̄ſtant. splenis et  
epatis meatas obſtruunt et opilat. et quo  
patet q; omnibꝫ dulcibꝫ vti cōtinue nō  
est bonū. Imo ſepiuſ anime et corpori est no  
ciuū. Fructus vero crescētes in terra fi  
gida ſiue remiſſe calida ad maturitatē  
non pueniſt. et ideo in ſua ponticitate et  
ſiccitate p̄manētes velut crudii corpꝫ nō  
multum nutriūt. quoniam potius obſunt  
multum. q; ſunt ad digerendū duri q;  
tis aliquātulū stomachū conforſtent. ta  
men de ſtomaclio defacili nō recedūt. vnde  
diuitiis ibi facientes moram torſio  
nes ibi generant ſepiuſ ac inducūt. vt  
dicit idem. In crescentibꝫ vero in regio  
ne mediocriter calida q; ſunt maturi  
tamen tanta in eis aquosa humiditas  
ſupfluia q; non poſſunt in maturitate con  
ſeruari. vnde et corpora replet crudis hu  
moribꝫ qui ſunt materia diurne fe  
bris. vt dicit ysa. in dietis. Eſt autē fru  
ctus palme compoſitus ex molli ſubtan  
tia et carnosa. et nucleo duro et quaſila  
pidoso in cuius medio ſemen contineſt.  
tamen aliqui dactili inueniuntur in Sy  
ria et in egipto omnino ſine nudeo. et ta  
les ſpadones nūcupantur. quia in eorū  
ſubtantia non eſt ratio ſementina. vt di  
cit plinius. Quanto autē palma natu  
ra et genere annosior. tanto fructus eius  
melior eſt. nō enim fructificat ante cen  
tum annos. et tunc primo habet cōpletas  
vires et pfectas. valet ei fructus palme  
s̄m Dyas. vriliter in medicina. habent  
enim virtutē leniendi aſperitatē arcta  
rum. et clarificandi voce. et maxime qn̄ be  
ne ſunt mature. nam virides ſunt ſtipi  
ci. vt di. pli. quosdam milites alexandri  
fuisse palmis viridibꝫ strangulatos. vnde  
quādo omnino ſunt virides nō conue  
niunt citio. ſed ſolummodo medicine. va  
lent etiā contra diſſenteriā et alios flug  
quādo more debito apponuntur.

## Capitulū.CXVII

### De palmite

Almes nis. dicitur proprie ra/  
mus vitis. vnde dicit Isid. libro  
xvij. palmes est vitis materia  
mollis qui per nouella brachia emissus  
fructus affert. tuius foliū pampinus di-  
citur. eius enī subsidio palmes ab ardo-  
re et frigore defendit atqz aduersus om-  
nem iniuria p̄munit. Qui ideo alicubi  
interclusus est. vt sole ad maturandum  
fructus admittat et faciat. vt dicit Isid.  
totam autē virtutē suam et nutrimentū  
attrahit a radice. et quia propter inclu-  
sum calcarem in substantie sue porositate  
fortis est attractōnis multis attrahit hu-  
moris quem transmutat in substantiam  
ipius palmitis et qd̄ residuum est cōverti-  
tur in materiā germinis frondis fructu-  
atqz floris. vt dicit Plini. libro. xij. qualis  
autem fuerit humor nutrimentalis in ra-  
dice. talis ostendit in palmite. vnde do-  
cet cōpendiū salernitanū facere vias di-  
uersi coloris ex eadem vite. Si enī dus  
vitis inseritur. viti in marcio fiat inser-  
tio in tribus ramis procedentibz ex uno  
stipite ipius vitis. si cum vno surculo in  
sertiōne loco apposueris colorem rubrum  
et in alio colorem blauum. et in tertio co-  
lorem croceum. singuli palmites ex pre-  
dictis ramis procedentes. tales profe-  
runt fructus quales in inserendo apposi-  
ti sunt colores. sed quia in his partibus  
raro viti inseritur. q̄uis aliquotis  
ens palmes viti alijs arboribus inser-  
tur. ideo solet fieri fructus mutatio isto  
modo. In marcio quādo incipit humor  
ascendere de radice. aperitur cortex vitiis  
caute circa radicem. quo aperito fit colo-  
ris intermissio in circuitu inter lignum  
et corticē. et tunc diligentē custoditur ne  
humor ascendens de radice exeat in scis-  
suram vnde humor quē paulatim attrahit  
palmes a radice mutatur transiens p  
colorē. cui pars vñctuosior transiens  
in fructum. in fructu ipso coloris vestigi-  
um dereliquit. Eodē artificio potest im-  
mutari quelibet plātula in sapore et colo-  
re. et sic fiunt arbores que naturaliter sunt

cōstrictive artificialiter laxatiue. et con-  
uerso. vt dicit idem. hoc idem dicit etiā  
alfrē. super li. v. plantarum. sīm q̄ species  
varie earū corticibus insertionis seu plā-  
tationis tempore artificiosius supponun-  
tur. Palmes autē vitis vt dicit Isidor⁹  
quedam ex se emittit vamina sine vincu-  
la quibus arboribz se vincunt et connexi-  
ctunt. quorum adminiculo freti ventis et  
turbibz resistunt ne laxati palmites  
ventorū flatibus dissipentur et vt sine la-  
psus pericolo suos fructus sustineant et  
vaga proceritate se diffundat. multum  
enī in principio sunt fragiles et ideo tas-  
libus indigent tenaculis quousq; effici-  
untur successiue solis beneficio fortiores  
singulis annis indigent palmites rese-  
catione a supfluorum debita expurgatio-  
ne sicut enim plus fructificant et diffusus  
se dilatant. non amputati autē degener-  
ant et in labuste speciem se transmutat.  
Dinoscitur autē palmes generosus per  
nодorum et germinū vicinitatē. Nam  
vt dicit Plini⁹ libro. xx. ca. xxv. palmes  
raros habens nodos et distantes. signū  
est infecunditatis. tensitas vero germi-  
num fertilitatis indicū est. quere infra  
de natura vitis.

## Capitulū.CXVIII

### De propagine

Ropago propaginis est nouel-  
lus ramusculus ptumpens et sur-  
gens ex flagello prius terre in-  
fijo et immerso sicut dicit Isido. Dicunt  
ur autē flagella vitium summitates si-  
ue extremitates. eo q̄ ventorū flatibus  
agitentur que vel ppter vitiis dilatações  
vel ppter renouationē terre imerguntur  
ex quibz noue plātule egredunt. et vitiis  
propagines appellant. Propaginare est  
idem qd̄ flagellū terre imersū sternere  
et inde nouas vites producere. et sic vi-  
neam dilatare. Nam propagare. exten-  
dere et producere idem est vt dicit Isido.  
palmites itaqz vinee sine ramis ad terre  
cōcauitatem incurvati et in quibusdaz fo-  
ueis a terra cooperi quandam concipi-  
unt vim germinandi et nouas propagati-  
nes pducendi. vnde virtus germinativa

# Liber XVII

233

existēs in flagellis sursus r̄i caloris erūt  
pens paulatim transmutat exterius in  
propagines pars vero eiusdem virtutis  
repressa inferius admiscetur terre et con-  
uertitur in radices a quib⁹ nouelle pro-  
pagines attrahunt nutrimentum et tan-  
dem radices totaliter efficiuntur a quib⁹  
propagate vites velutifile a matre con-  
tinuo nutruntur. et sic fit quod primo a  
nutrice sc̄e radice nutritrebat conuersum  
per propagationis artificium in radicē. ha-  
bet ut vice uera nutricis officio fungat.  
quia palmes siue flagellū quod p̄mo nu-  
trimentum a radice hausit. nunc p̄ con-  
uerſionem in radicem omnes alios a se  
crescentes veluti mater nutrit. ut dicit  
Gregorius.

## Capitulū. CXIX.

### De platano

Platanus est arbor a latitudine  
foliorum sic dicta. eo q̄ patula  
sint et ampla. nam platos greci  
patulum vocant. ut dicit Isido. li. xvij.  
cuīs pulcritudinez exprimit scriptura  
dicens quasi platanus exaltata sum Ec-  
cle. xxiiij. O filia quidem habet folia et  
tenera vītis folio similia ut dicit idem.  
Dyāl. ad ista addit q̄ platanus est ar-  
bor frigida et sicca. cuīs folia in causis  
calidis et humidis sunt utilia. nam ut  
dicitur reuma compescunt et tumorē ca-  
lidum oculorū. decoctio corticum eius et  
foliorum reprimit dolorem dentium ut  
dicitur ossium aliorum. virtutem dicitur  
habere leniendi et acutos dolores mitigā-  
di. unde valere dicitur contra cōbustio-  
nes si cum alijs lenitius apponatur. ei-  
etiam decoctio in vino valere dicitur con-  
tra venēū. hanc arborē laudat plinius  
libro. xij. ca. iij.

## Capitulum. CXX.

### De populo

Opulus est arbor a multitudine  
dicta. eo q̄ ex eius calce. id est fi-  
ne vel radice multiplex ramorum  
densitas oritur. ut dicit Isidorus libro  
xvij. Unus genus duplex est. nam alte-  
ra est alba altera autem nigra. alba qui-

dem habet folia ex una parte alba ex al-  
tera viridia. hic est bicolor habens qua-  
si diei et noctis notas. nam alio modō va-  
riat colorem in solis ortu. et modo alio  
in occasu. ut dicit idem. ab hac autem ar-  
bore. ut dicit idem effluit resina iuxta eri-  
danum fluminū in italia. et etiam in sy-  
ria. hec resina a Dyāl. et ab alijs undi-  
catur medicinalis. nam sanguinē strin-  
git. sudores et alios fluxus norios com-  
pescit. ex eius siquidem summitatibus et  
comis solet fieri vnguentum frigidum  
opilatiū et caloris mitigatiū. tumo-  
ris repressiū. somni prouocatiū. et hoc  
vnguentum populeon a medicis nūcu-  
patur. et in multis causis necessariū iu-  
dicatur. Dixit etiam Isido. q̄ populus  
et platanus et salix mollis sunt materie  
et ad sculpturam apte. et tales artores p̄  
cisis ramis plus crescunt et in latum et in  
longum amplius se extendunt.

## Capitulū. CXXI.

### De pino

Inus est arbor picea a foliorum  
acumine sic vocata. pinum enim  
antiqui acutum appellabant. hec  
arbor dicitur picea. eo q̄ desudat picem  
ut dicit Isidorus libro. xvij. Ex pino in  
insulis germanie gignitur lacuma siue  
gutta que desluens frigore vel calore illa  
durescit et gemmā facit. et dicitur ele-  
ctrum. ut dicit Isidorus ibidem. hoc au-  
tem electrum alio nomine dicimus sic  
cum eo q̄ arboris sit succus. Dicitur eti-  
am ibidem pinus prodesse cunctis que  
sub ea serunt sicut omnibus dicitur no-  
cere ficus. Est autem pinus arbor pro-  
cera et valde recta levis et porosa. et tamen  
multum fortis. cum sit nodosa. et ideo ex  
pino optimi in nauibus sunt mali. pi-  
ni etiam edificijs sunt valde apti. defa-  
cili tamen inflammatur et incenditur quā  
igni casu aliquo applicantur. et hoc ac-  
cidit quia multum habent pinguedinus  
et vinctuositas. quia picem desudat.  
Hec arbor corticem habet durum extrin-  
secus et rugosum. sed interius habet hu-  
morem pinguem et viscosum. qui a ca-  
lore solis attractus exterius in estate co-

mittit in resinam que quidem primo ex  
se est subalbida et per decoctionem quando  
per efficitur reddit valde nigra. Est au-  
tem valde odorifera et odoriferum facit  
fumum. sed per multam decoctionem dimi-  
nitur odor eius. folia habet multa sed  
gracilia et acuta. et virget hyeme et estate.  
Et cum sit arbor pinguisima. in locis ta-  
men crescat montuosis et valde aridis et la-  
pidosis. et cum sit arbor multe pullulatio-  
nis tanto plus in altum crescit quanto in  
ferius plures ramos perdit. unde ramis  
precisis versus terram plus se dilatat in  
comares versus celum. lente crescit propter  
viscositatem humoris et grossiciem qui  
cito se digeri non permittit. a suis cortice-  
bus spoliatur et nudatur ut plus duret.  
nam inter corticem et lignum generatur  
vermes quanto incipit desiccari. et illi ver-  
miculi corrodunt lignum et ideo cortice-  
s extrahunt ne ex corrupto humore gene-  
rentur vermes ad ligni conservationem  
dicitur esse precipua medicina. Dicit au-  
tem plinius libro. xvi. q[uod] pinus sicut et  
alnus sub terra profunde cooptus diu  
durat. et deo si cauetur pinus ad aque-  
ductus et obturata profunde in terra mul-  
ta durat annis. et super terram iacent et in  
loco humidu[m] ac pluuioso corrumpitur a/  
tius et senescit que totaliter in aqua oc-  
cultata sub terra ex aqua fluxu indure-  
scit. diu itaq[ue] durat sub tecto nec defaci-  
li admittit cariem nec teredinem nisi per  
stillantem pluuiam corripatur. sed sub  
terra profunda diutissime ab omni pu-  
tredine conservatur. Econuerso autem  
abies sub terra in aqua cito putreficit. sic  
maxima vero est infra tecum. ut dicit pli-  
nius libro. xxi. cap. x.

## Capitulum CXXII

### De pinea

In ea dicitur pinu fructus. ut di-  
cit Plinius. in imo iuxta stipi-  
tem grossus et rotundus. in sum-  
mo vero pyramidalis et acutus. in prin-  
cipio est viridis. sed quando bene matu-  
rus est alterius coloris efficitur et colo-  
re castaneo coloratur. Et est pinea nux  
maxima continens in se pro fructu gra-

na multa. que in testis durissimis sunt  
inclusa. que quidem per ordinem sibi unice sunt  
concreta. et tamen ne unum tangat  
aliud testarum suarum folliculis quasi q[ue] bus  
dam parietibus muro nature artifi-  
cio sunt distincta. Sunt autem sic ordi-  
nata grana. ut maiora maiorem et grossi-  
orem partem occupent. et minora mino-  
rem teneant ordinatissime. et ad gracilio-  
rem locum et acutorem sub maiori pon-  
dere sese inclinent. nam pars grossior su-  
perius per quadam caudulam adherens  
arbori depresso ad terram acumine infen-  
tius aliquatulum se inclinat. et est pinea  
fortis adherentie et magne conglutinata  
q[ue] diu recens est. et a sua pingui hu-  
morositate nodum retusitate aliqua resi-  
catur. consumpta pinguedine sue humo-  
re viscoso dehincata pinea dissoluitur. et  
sic pars a parte et nucleus a nudeo sepa-  
tur. Et ideo secundum Dyas. et Plat. quanto  
est extendit nucleus pinea oportet ut in  
tegra pinea ponatur supra carbones et le-  
niter exuratur. et sic duplex cortex eius.  
interior scilicet et exterior auferat. et tunc  
valde medicinalia sunt grana ista. ha-  
bent enim virtutem leniendi et humectan-  
di et aliquatulum apendi et mundifican-  
di membra spiritualia. et tussim mitigan-  
di. ethicis et consumptis subveniendi et  
sanguinem augmentandi. Cortices etiam  
eius sunt medicinales. habent etiam  
sua stipticitate virtutem fistendi sangu-  
inem maxime menstrualem. et etiam dis-  
sentericum fluxum ventris restringendi  
ut dicit plateatus et plinius libro. xv.

## Capitulum CXXIII

### De pice

Pignus cum nigredine indurata.  
ut dicit Isidorus. Piceis autem duplex  
est species. scilicet naualis qua naues in  
te liniuntur. et earum rime ne subintret  
aqua pices beneficio obstruuntur. et liqui-  
da et utraq[ue] calida est atq[ue] secca. Alio ta-  
men modo componitur dura. et alio mo-  
do liquida. et a multis colophonio vel pic-  
greca dicitur. quia in grecia in quantita-  
te magna inuenitur. Utraq[ue] est medi-

# Liber XVII

234

cialis. virtutem enī halet dissoluendi et consumendi. unde valet contra vicia splenis et eius opilationem. et in multis alijs ponitur malagmatib⁹ etemplastris. Et dicit etiam Dyasc. q̄ valet contare nenu⁹ et moribus venaticis succurrerit cū sale trita. pīx autē ignem infiamat manum tangentis inquinat maxime calefacta. restes mundas et cādidas sordidat et maculat cui⁹ macula quo ad colorem et odorem vix a vestib⁹ deletur.

## Capitulū. CXXIII.

De pīro

Irus est arbor fructifera. sic dicitur quia in specie ignis est forma ta. nam eius fructus a lato incipit et ad modum ignis in angustum fit. ut dicit Isidor⁹ libro. xvij. Pirus dicitur arbor sed pirum eius fructus est. et fructus eius est ceteris fructibus ponderosior. ut dicit idem. unde pauca pīra ventur ponderosiora esse q̄b multa poma ut dicit idem. etiam si dorlo iumenti apponantur. De pīris autem sic loquitur ysa. in dietis. dicit enim. Pirorum due sunt species alia est silvatica seu agrestis. alia domestica et ortensis. triusq; autem pīri frondes et rami sunt stiptici et constrictivi. sed fructus inter se multum differunt. Nam pīra agrestis magis sunt pontica et terrestria magis frigida et sicca q̄b domestica. magis insipida et dura gustui quia plus generaliter indigesta. et ideo cib⁹ non conueniunt sed solli modo medicine quia vehementer constringunt ventris fluxum et reprimunt colericum vomitum si decocta in aqua fluoriali super stomachum apponantur. Domestica vero pīra imatura sunt pontica grossa et dura et ad esum insipida atq; malatamen per elixationem et decoctionem in aqua dulci et mellis seu alterius dulcis oppositionem eorum potest terrestreitas aliquātulum digeri et asperitas temperari. nec sic tamen multum conueniunt cib⁹ sed potius medicine. Pīra domestica matura frigida sunt et sicca. quo rum stiptica substantia cum aquosa dulcedine est admixta. Et ideo conueniunt

cib⁹ et medicine. melius tamen conueniunt utrōq; modo post cibum q̄b ante. nam post cibum laxant et comprimendo cibaria repellunt ad locum decoctionis. et ne nos orificij stomachi confortant an pīdiū vero sumpta constipant. et si in multa quantitate a ieiunis sepius assumentur vermes in ventre generant et colericā duram et intolerabilem alias incurabilēm provocat passionem. et illa pīra que sunt dulcia temptationis sunt cōplexio nis et minus sunt frigida alijs. ideo frigidis et siccis plus conueniunt. Hoc autē pīra habent proprium q̄ cocta cum fungis maliciois omnem ab eis auferunt lesionē. et maxime silvestria propter sue ponticitatis intensionem. ut dicit ysa ac puluis sive cinis pīri silvestris valet bitus cōtra fungos. ut dicit idem. Semper autem post esum pīri detet subsequi usus rini. nam ut dicit quidam sine rīno sunt pīra virus.

## Capitulū. CXXV

De prīno

Rinus est arbor quā latini prīnum vocant. et cum illius arboris multa sunt genera. melior est damascena a damasco opido primis asportata. ut dicit Isido. cuius fruct⁹ stomacho conuenient et medetur. Hec sola arbor gumi glutinosum et compactū distillat. quo vtuntur medici et scriptores. ut dicit Isidor⁹ libro. xxvj. Fructus aures primi dicuntur prima. quorum quedam sunt alba. quedam rubea. quedam nigra que nigra sunt et aliquātulum dura et acida sunt stomacho utiliora. qualia sunt damascena. frigida sunt enī et humida. q̄n bene sunt matura humectant ac infrigi dant et dantur contra febrilem calorem et siccā ventris constipationē. Papias tamen dicit q̄ prunus est arbor idem q̄ lentiscus. Sed glosa super dā. dicit q̄ prunus et lentiscus sunt eadem arbor q̄b cum ex lentisco nō fiat prunus. non erit eadem arbor prunus et lentiscus.

## Capitulū. CXXVI

De papīto

¶ 2

## Capitu. CXXVII.

**P**apirus dicitur quidam iuncus qui desiccatus ad nutrimentum ignium in lucernis et lampadibus est valde aptus. et dicitur quasi patulum ignis. ut enim ignis dicitur. quia in cereis ponitur ad ardendum. et est herba viridis et rotunda et exterius valde plana. interius halens mollem medullam albam sicciam bibulam et porosam. decorticatur autem papirus usque ad medullam et sic desiccatur. patum tamen vere linquitur de cortice in uno latere unde medulla tenera sustinetur. et quanto minus habet de cortice tanto clarus ardet in lampade. et facilius inflamatur. **L**ocus autem ubi crescit in palustribus et pratis et aquarum tipis. hic papilio onus nuncupatur. ut dicit Isidorus. et dicitur hoc papirus. **D**e papilo autem fiunt et a papiria nam papirus est quicquid potest fieri de papilo. tante autem sunt magnitudinis papiri circa mephim et in india ut ex eis fiant naues sicut dicit glosa super. xvij. cap. ysa. et hoc testatur Plinius. et idem testatur historia alexandri. **D**e papiris etiaz fiunt carte in quibus scriebatur epistole que per legatos mittabantur. fiunt etiam sportule pixedes et capse de papiris in quibus litera et alia reponitur. hanc dicit glosa. **E**cce in pliniu[m] autem multum valet medulla papiri ad aquam de aure extra h[abendam]. illam ei naturaliter imbibit et ad se trahit. et ideo aqua extrahitur a vino cum papiro. **D**e papiris dicit plinius libro. xij. cap. pa-  
piri inquit crescit in palustribus egipci et alijs quiescentib[us] nili aquis. ubi aque in altitudine duos cubitos non transcedunt. habent autem radices papitorum in illis stagnis crescentia spissitudinem viiius brachij. et sunt triangulares in lateribus ex quibus crescent iunci non amplius in altitudine decem cubitorum. et illis radicibus incole pro lignis vertuntur ad comburendi. et ex ipso papiro fiunt varia utensilia et ex eis nauigia texunt. et nauium vel funes et etiam vestimenta. et inde faciunt vnum carte hucusque plinius.

### De paliuro

**A**liurus est carduus asperinus et spinosus crescens in terra aspera et inculta ut dicit Isidorus. ha-  
bens quedam capitella spinosa et ad tan-  
gendum difficultia. nam manum lecun-  
tangentis. et in illis capitellis contine-  
tur semen diureticum valens. ut dicit  
Dyasc. morsibus venenatis et ad calculi  
constringendu[m]. **P**alurus itaque est herba  
aculeata pedes vulnerans transiuntis.  
cuius hastula ita sunt spinose et etiam  
per asperitate contingi se vel comedere  
afinis non permittunt.

## Capitu. CXXVIII

**D**e papauere  
**A**pauer est herba somnifera. so-  
porem enim languentibus facit.  
Et est duplex. scilicet visualis et  
agrestis ex qua fluit succus quem phisi-  
ci opium dicunt. visualis autem aliud al-  
bum quod est frigidum et humidum. aliud  
nigrum quod est frigidum et siccum. aliud  
est rubeum et agnoscatur per species per flo-  
res altos purpureos sive roseos et sub-  
albidos. Capita habent magna ad mo-  
dum maligranati in quibus recolli-  
tur semen suum. semen autem est vinctio-  
sum. unde ex eo fit oleum adysus mul-  
tos ex succo foliorum et capitulo rum fit  
opium. unde somnus febricitantibus  
per vocatur delet dari. cui cautela quia mul-  
tum opilit et infrigidat et mortificat.  
et maxime papauer nigrum in multis an-  
tidotis et medicinis salubriter adhibe-  
tur. ut dicit Plat. Plini. Dyascorides  
et Stacer.

## Capitulū. CXXIX

**D**e plantagine  
**L**antago est herba frigida et sic-  
ca que a grecis dicitur arnoglos-  
sa. id est agni lingua. ut dicit Isi-  
dorus libro. xvij. Eius enim folia sunt  
plana et aliquantulum netuosa sunt si-  
cut lingua. et cum rotunditate sunt ob-  
longa in quorum medio surgit una ba-  
stula fortis et angulosa in cuius summa

# Liber XVII

235

tate recolligitur eius semen in modum clavæ. Et ad huius herbe similitudinem formatus erat ornatus in insula summi sacerdotis sicut dicit magister super eodem historia. Est est herba maxime conueniens medicinae. nam vulnera sanat etiam canis rabidi et eius tumores sedat. ydropicos iuuat. veneno repugnat et maxime aranearum. eius succus lumen brucos necat et vehementer dolorem ventris mitigat vulnera saniosa mundat et desiccat. sanguinis fluxum et menstruum amputatum tumores apostematum in principio repercutit et dissipat. mastigata gingivæ tumidas et sanguinivas reprimunt atque mundat. ut dicit dyascorides qui multiformiter laudat virtutes magnificas arnoglossie.

## Capitulū. CXXX

De petrosilino

in fine mutuo se destruit opprimit et confundit. Qd celerius et citius seminatur debet esse densius qd tardius solo comendatur. Semen enim serotinum debet esse rarum ne nimia densitate necesse. Artis quoqz est semen equaliter spargere. nam manus cogivere debet cum gressu semper qd cum testu pede. nec est transferendum semen de locis frigidis ad calidiora. nec econuersio. nihilqz in contrariis propriis est. Semen seminatus in macro solo raro facit culmum. spicam minutam generat et inanem. pinguis et arua exyna seminis radice fundant segetem numerosam. In autumno vero circa equinoctium est tempus coniugium seminationi. si misliter et in vere. sed in recta pruma setendum non est. qd pte per hiberna semina cum ante primum seminantur septima die erumpunt. sed post primum vitre in fratre quadrangula. Hucusqz pli ca. xxij. Semen itaqz est granum modicum et rotundum habens in se virtutem sue speciei multiplicatiuam et conservatiuam. vñ cum semen terre committitur ex humore turgescit. et ex calore terre inclusa partes rarificante et humores circumstantis terre ad sui tempamentum attrahente in ualescit grandescit. et sic cuticula seminis scissa germe paulatim emitit. et radices inferius in terra figit quibus continue nutrimentum sibi haurieret sic tandem vi caloris terram insensibiliter appetit et erumpit. et se producens culmum frondem forem semen et fructum. et quis modicum sit qd seminas. maximum tamen est qd ex semine generatur. a stultis putatur qd semini quando seritur. et tam meliori modo qd per seminatioem nulla tenus custoditur. In semini etiam vix seminalis ratio in qua opatur calor naturalis et ad eius augmentum piteret nutrimentum huius mori nutrimentalis attractur vi caloris. De semine autem mediante culmo surgit spica que secundum Plin. li. xvij. a spiculo dicta est eo qd in spica producant aristarum culmina que ad modum spiculorum sunt acuta. ad hoc enim facit natura aculeos in ipsis spicis ut contra subitos aquum minutarum et vermiculorum

morsus in spicatum summitatibus eent arma. vt dicit idem. Spica autem secundu divites per seminum natura se diversificat in figura. nam qndqz est lata ut in ordeo. qndqz triangula ut in spelta. quandoqz tetragona seu quadrangula ut est in tritico. aliquan est rotunda. vt dicit Pl. et Erest. Et autem spica in culmi summitate multis folliculis circundata in quo velut in matrice grana seminalia nurruuntur et usqz ad maturitatis tempora coheruantur. Qui quidem folliculi erumpentes cum grano primitus manent clausi. deinde paulatim turgescientibus grana marime in tritico sunt scissi ut dicit su per li. Erest. de plantis Spicarum capitulo generaliter in principio calore eleuante sursum eleuantur. sed quando tendit ad maturitatem ex granorum pondere inferius aliquantulii inclinantur. preterea quando sunt spicce in vitro et corrupto aere et rore perfuse in corruptelam et a ruginem convertuntur. ymbre vero et rore congruo perfuse et calore celesti motu bito circumfere citius maturescunt et propter roris humectationem grana sua de folliculis cadere non permittunt. ut dicit Plinius li. xvij. Item dicit Constan. et ysa. et aliae. Ex bonitate autem terre cognoscitur bonitas spicce qd in terra bona et pinguis generatur spica bona. quantitate magna et granorum numerositate multiplex ac referta. in terra vero sicca et mala econuerso. ut dicit Plinius libro xxxi.

## Capitulum CLVII

### De stipula

Stipula ab visto est dicta quasi stipula collecta enim messe stipula virtutem per culturam agri ut dicit Plin. li. xvij. vel stipula dicit a stipulo sive a stipulas qd stipula facit culmum quem stipat ut dicit Hugo. Est proprie stipula idem quod stramen vel palea cum folijs et vaginis qd relinquit agro spicarum multitudine spicula falsibus et a messoribus collecta. et hec stipula a multis recolligitur ad diuersos usus. Nam quidam inde domos tegunt. qdas

loco straminis stipulam sibi sternunt. at  
li palearum vice animalia inde reficiunt  
ali vero stipula ignes nutriunt et panes  
et cibaria inde coquunt. ut dicit Plinius  
li. xvij. ca. xx. quod supra te palea in lite  
ra p. stipula quidem est res leuis et con  
caua et sicca et hispida. et vento subdita  
est ab igne faciliter inflamata. ut dicit idem

## Capitulum CLVIII

### De farina

**f** farula tritici est medulla. farina  
sc̄ purissima et delicata vnde  
fit panis nobilium qui simila  
go proprie nūcupatur. et est flos tenuissi  
me foeme mūdissime et albissime et mol  
lissime ac diuersis cibis apter etiam me  
dicinis. quere supra te farina in littera f  
et de polenta in littera p.

## Capitulum CLIX

### De scopula

**f** Scopula est arbor a scopando dēa  
a scopo pis vel a scopo pas. quod  
idem est qd purgo as. eo sic dēa.  
Quod eo scopentur tecta ut dicit Isidorus. li.  
xvij. hec a multis dicitur birch et habet  
folia leuia sicut tremulus eo qd eius fo  
lia cum sint tenuissima leuissimo vento/  
rum agitatu tremere videntur. multas  
habet virgulas duras et nodosas. quibus  
pueri tornis tenudatis lepius castigant.  
Ex eius etiam ramusculis sunt scobe q  
bus purgantur tomos a puluere et alijs  
sordibus evacuantur. semina quedam fa  
cit vacua ad modum quisquiliarum sine  
filiquatrum quibus vntunt homines sil  
uestres loco panis. habet autem hec arbor  
multum de succo acido aliquantulum pū  
gitiuo. vnde solent homines in vere et in  
autumno cortices incidere et humores  
effluentem recolligere quem b. bunclo  
co vini. talis siquidem potus fitim sedat  
et compescit multum inflat. ut dicit sed  
non reficit nec inebriat neq; nutrit. Ide  
etiam succus s; aliquo vase sub diuodiu  
a calore solis decoctus corruptitur et pu  
tescit. et conuertitur in pinguedinem et  
efficitur ut vnguentum. Oulti etiam  
decoquunt per ignis decoctionem ad mot

dum pōcis et q̄uis sit horribile et nigrum  
fetidumq; tamen multis vſibus est ne  
cessarium. et ideo siluam homines in te  
sertis semine et succo istius arboris uti  
tur pro annonā p. vinea et etiam p. oli  
ua ut tangit Plinius ubi agit de actis  
succis. li. xx.

## Capitulum CLX

### De stuppa

**f** Stuppa est purgamentum cano  
pis sine lini. Et dicitur secun  
dum antiquos stupa. eo qd ex ea  
time nauium stipentur. vnde etiam et  
stipatores dicuntur qui eam preparant  
in vallibus et componant. ut dicit Isi  
dorus libro. xij. vbi agit de lanis. per mul  
tas autem carpinationes et pectinatioes  
stuppa a lini vel canopi substantia sepa  
ratur. separata grossior nodosior hispi  
dior et breuior inuenitur. et ideo ad ven  
dendum et filum componendum non est  
multuz apta. sunt tamen inde fila mul  
tum grossar et inqualia et nodis plena ex  
quibus sunt licinia necessaria vſibus  
candelarum. Nam cuz sit in agne siccita  
tis defaciili inflamatur vnde subito accē  
ditur et citissime redigitur in cinerem et  
fauillam. et quando extinguitur amaruz  
redit fumum. tetur oculis et naribus  
nocuum. utilis autem est stuppa medici  
ue quando a suis hastulis est bene purga  
ta. valer enim ad vulnera desiccanda et  
sananda ad mitigandum arturam et re  
primendum tumorem oculorum. ut dicit  
Plinius li. xij. ca. x.

## Capitulum CLXI

### De taxo

**t** Taxus est arbor venenata. et cu  
m succo venena toxicā exprimuntur. Arbor est fortis et proce  
ra habens ramos grossos flexibles et lo  
gos ex quibus faciunt partim arcus. sicut  
dicit Isidorus libro. xvij. vnde poeta. ta  
xi torquentur in arcus eius umbra ēno  
cina et tormentibus sub ea mortifera.  
Cuius succus numis larat. cuius carbo  
ignem grecum seruat inextinguibilem:

ut dicit Dyasco.

## Capitulū CLXII

### De tabula

Tabula a teneo nes est dicta. et  
est in vna significatione mensa  
diuitum quasi tenabula. eo q  
bolos teneat et vasā et mensalia que desu  
per apponitur. sup pedes erigitur et quo/  
dam limbo circūducatur et ambitur. alio  
modo dicitur tabula alea in qua luditur  
et hec duplicatur et diuersis coloribus i  
signitur. tertio modo dicit lignum pla  
num et tenuis in quo posito colore littere  
inscribuntur. Quidq complanantur  
breves asseruli et attenuantur atq cōca  
uantur ex vtracq parte parum. et artifi  
cialiter compaginantur et replent cera  
nigra viridi vel rubea ad scribendum. Et  
dicitur tales asseres tabule. eo q tene  
ant litteras. que in eisdem tabulis sunt  
conscripte. Tabule autem tanto sūt me  
liores q̄to ex ligno planiori et leniori et  
duriori componuntur. Alio modo dicit ta  
bula a tegendo quasi tegula asser lōgus  
latus sectis diuisus et lectus cum lecu  
tibus vel tolatus. nam h̄mō i ligna ad to  
mō recta sun t utilia. qz ex eis fiunt ta  
bulata. s. laquearia et alia edificia ex ta  
libus tabulis artificialiter composita et  
compacta. arte mira et multiplici castra  
tura disponuntur post multiplicem supsu  
orum resectionem. ut tales tabule inui  
cem equaliter cōiungantur. Domos or  
nant et tamen posite in salarijs cū omni  
bus deleriant. ab eisdem tamen quibus  
seruunt cōtinue cōculcantur. trabs q  
dem p latum sibīnuicem habent q si eq  
li distātia suppositas quarum sustenta  
culo se defendant ut minus incurvētur  
quādo a pavimento vel alijs rebus sup  
positis ipa tabula nimū onerant. naufr  
ibus componendis. pontibus construen  
dis cistis et alijs vrenilibus fabricādis  
tabule necessario reparantur et tolātur  
clauiculis et alijs artificijs compaginā  
tur. ad tabulas etiam cōfiguunt naufra  
gantes et a piculo sepius liberantur.

## Capitulū CLXIII

### De trabe

Rabs est lignum transuersale  
qđ ponit per latitudinem to /  
mus ex vtracq extremitate pa /  
ties tangens et tenens. ne lapsū vt  
incursionem ppter suam altitudinem  
patientur. Et dicitur hec trabe vel trabs  
a trabo his. qz ab vno patiete ad alium  
trahit cui infigitur. et vnitur. ut dicit  
Hugui. Oportet autem ut trabs sit lon  
ga fortis et spissa et maxime circa mediu  
ne forte si fuerit nimis gracilis i medio  
incutuetur. vnde ppter incursionis pe  
riculum sepe oportet ut columna vel sta  
tua sustentetur. Nam lignum si ponit  
per transuersum sustentaculo indigz. qđ  
erectum alia sibi superposita defaci sulti  
neret.

## Capitulū LCXIII

### De therebinto

Herebintus ut dicit Isidorus  
li. xvij. arbor est resinam sudans  
omnibus alijs prestantiorem.  
cuius resina dicitur threbinta. et est  
multum medicinalis. Nam fm Dyas.  
eius folia fructus cortices et semina sti  
ptica sunt et simili diligentia colliguntur  
sicut tini. et sunt contraria morsibus rei  
nonosis. Eius resina est bona que est mi  
da limpida et aromatica. in colore rufa.  
et habet virtutem dissoluendi et laxan  
di et maturingandi. et ideo pdest contra a  
postematā dura et alias collectiones tā  
in capite qz in membris. De therebinto  
autem dicit Plinius libro xiiij. Siria in  
quit threbintum habet. et est species ei  
duplex. s. mascula et illa que est sine frui  
ctu sc̄i semina. et hec est duplex. vna ha  
bet fructum rufum magnitudine lenticu  
le. alia pallidum magnitudine fabe. test  
fructus odore iocundus et tactu plenus  
et resinosis. Et est in siria arbor magna  
et ei materies lenta ad modum et dura  
bilis quando vetustate nigrescit et splē  
descit. Eius folia sunt tenuia et hz quasi  
dam folliculos quedam animalia ut cui  
lices emittentes que corticem terebant  
et sic cortice perforato gutte resinose ef  
fluunt et emanant. Item pli. li. xxiiij.

ta. vi. therebintina radic et folia in vino  
decocta stomachum confortant. contra do-  
lorem capitis iuvant. placet therebintia  
odoratissima taz siciaca q̄c cyprua pura p  
lucida et subalbida cum aliquo rubore. et  
illa que est montana potius q̄c c̄pēstris  
vulnera sanat et purgat.

## Capitulū CLXV

### De thyna

**t** Hyna sunt ligna quedam sc̄io  
sifflma ad modum lebeni exqui-  
bus salomon fecit gradus et ful-  
cta in tomo domini. unde dicit glosa. iij  
Regum. x. ca. super illum locum. Attulit  
autem byram ex ophir ligna thyna. et li-  
gna thyna sunt imputribilia et spinosa i  
similitudine alte spine rotunda et can-  
dida et valde fulgentia et polita instar  
speculi siue vnguis. vñ i eis resultat ima-  
gines sicut in vngue. in igne non combu-  
tuntur. neq; in aqua resoluuntur sic nec li-  
gna sethim et multi crediderunt eadem  
esse ligna.

## Capitulū CLXVI

### De tiso

**t** Ihsus est tam arborū q̄c olerum  
et herbarū fructū mediū sic dūs  
eo q̄ de terra sursum est erectus  
vt di. Papias. Est itaq; pars plantæ su-  
perior tenerior et r̄idior et mollior ac pul-  
cior. celo vicinior. a terra remotior. ro-  
re celi p̄fusior. folijs et ram usculus tener-  
imus plenior. et est n̄ melior in medici-  
na. nam in tisis maxime viget virtus  
herbe.

## Capitulū CLXVII

### De tigno

**t** Igna sunt ligna que a parietib⁹  
vel muris v̄lq; ad cacumen edi-  
fici sunt erecta supportantia to-  
tu tectū ad modū coni vel pyramidis sur-  
sum tendunt et paulatim se inclinantia  
ad alterutru in cacumine montuose cō/  
tingit. Et dicit tigna a tegendo vel a te-  
gula. qz tegulis ad su stentatiōem tecti  
supponunt. tegule aut̄ dicuntur ligna que  
dam longa valde et aliq; tulū lata p̄ et

na et tenua que et transuerso tignis m̄  
tis clavulīs affiguntur et in eis etiā al-  
seres vel lateres suspenduntur. Sunt aut̄  
tigna fortia volata et quadrata et cōpla-  
nata. sunt autem tigna fortiora et grossi  
ora versus domū et exiliora et minus for-  
ta versus rectum. exterius lateribus et  
asseribus vel straminibus onerant. inte-  
rius vero pulcris laquearibus decorant  
et in iphis laqueant et figurantur. Et dicitur  
laquearia afferes que interius ad de-  
corem camere tignis cōiungunt. et a tignis  
dicitur tignari qui tectoria tignis  
inducit. verdit̄ p̄pias.

## Capitulū CLXVIII

### De tritico

**t** Triticum a tritura est dictu. vt  
putissimum in horreo seu grana-  
rio recondatur. vel quia granu. etiū comolitur vel teritur ut edatur.  
vt dicit Isid. li. xvij. Est autem duplex  
triticum scilicet ruleum exterius in vtra  
q̄ extremitate acutu. in latero scissu ite-  
ri albissimum graue et ponderosum et il-  
lud genus est optimu. vt dicit Plini.  
Aliud est colore croceum exterius. inter-  
ius vero album. in superficie lucidum et  
lene frangi difficile. De proprietate au-  
tem et generibus eius quere supra fru-  
mento in littera F. Sicndicit ysa. in di-  
ef. diversificatur triticum ex diversitate  
soli in quo seminatur. nam quod crescat  
in terra pingui atq; putribili crassius ē  
et pinguis atq; ponderosius et nutribi-  
lius q̄ id quod crescat in terra macta si-  
ue sicca. unde bonitas tritici intenditur  
ex bonitate soli et econuerso. Triticum  
autem ex diversitate tempori variatur  
nam quod nascitur tempore moderato si  
quantitate et qualitate erit perfectum  
ac medulle multe et corticis valde pauci-  
et populi nutrimenti. Immodera-  
to vero tempore exortu imperfectu. Ites  
differt in retustatem et nouitatem me-  
diocritatem. nam quādo est retustū longo  
tempore cōseruatū nimis efficitur siccū  
et durum ad digerendum et modice nu-  
trituum. qz tunc eius humiditas subal-  
a calore aeris minuitur et nimis desiccat

**F**loum vero parvo tempe reseruatum  
per humiditate superflua et viscositate ter-  
re humidum est ac viscosum tenuum ad  
digerendum durum et inflatum ven-  
tositatis et rugitus ventris generatus.  
**S**ediu vero inter numis nouu et retu-  
stum inter multam humiditatem et pau-  
cam partu magis laudabile est amplius  
nutritium nam ex hausta humiditate  
accidentali subalem humiditatem in p-  
te calor aeris tempat et ideo tale triti-  
cum magis est laudabile et melius nutrit  
et bene digeritur. per viscositatem ter-  
re et densitatem. Est autem triticum ut dicit  
ysla. calidu et inter humidum et siccum  
tempatum. sed panis ex eo factus est ca-  
lidior. propter calorem ignis et coctionem.  
Intenditur enim in eo calor naturalis per  
calorem ignis actualem. Item hanc pri-  
oritatem habet triticu per cunctis granis et  
nutribilis est ceteris. et hoc propter simili-  
tudinem humane complexionis ut dicitur. id est  
Item triticum est colatum et mundifica-  
tum et lauarium. et ideo uis de eius fa-  
rina factum purgatiu est pectoris et pul-  
monis. Idem facit tylanu de eo factu si-  
cuit de ordeo. quod mundificat et plus quam de or-  
deo. valet etiam contra tussim et sanguis  
fluxum. Item tritici coccum cum oleo et  
possum super durum apostema dissoluit  
illud. Item coctum triticu in succo rute  
dissoluit coagulacionem lactis si manu/  
le inde liniant. Item tempatu cum succo  
iulquiam et politu super neuos prohibet  
humores noxious ne descendant. Itē enim  
granu masticatu valet contra molism ra-  
bidi canis. nam venenū extrahit. ut dicitur.  
idem De tritico autem sit oleu quod valit  
ad multa. sed maxime contra pruritum et  
serpiginem et impetiginem si cum panno  
albo bene confricetur quod sit virtus olei  
posit melius subintrare. Itē cortex tri-  
tici siue furfur habet virtutem colatiuam et  
mundificatiuam plus quam farina eius. sed  
modicum vel nullum exhibet nutrimentum.  
Item ut dicitur idem. Triticum re-  
cens et nouum patu est nutrimentum et  
quando comeditur crudum flegmaticum  
est et inflatum et in lateribus dolorē  
comovet et rugitum. cito etiam conuer-

titur in putredinem. et ideo lumbri et  
alii vermes nocui ex tali cibo sepius ge-  
nerantur. Assatum autem magis nutrit  
et minus ventositatem facit et multum  
constipat et constringit. In aqua coctu  
granissimum est et multum inflatum et  
viscosi humoris gene ratuum. Huc  
uscō ysla. in die.

## Capitulu CLXIX

### De tylana

Tylana sicut dicit glosa super. ii.  
Regum. i. ordeum dicatur sic  
catum pila tunsum et de cortica  
tum et fit inde cibus aptillus quod carēt de  
tibus. ex tylanis fit etiam potus uuln pa-  
tientibus febres et alias calidas passio-  
nes quere supra de ordeo in littera. O  
Calorem mitigat et alterat situm sedat.  
Et declinatur hec tylana huus tylanae. et  
penultima est producta. Unde alexander  
nequam sic ait. Cortice nudato tylanas  
ordea dicas. et dicitur a tipon quod est  
percutio. quia percutitur in pila dum de-  
corticatur. potus autem inde factus ti-  
lanum dicit ab ysla. in die.

## Capitulu CLXX

### De tribulo

Ribulus est fruter spinosus quod  
mollior est quam sit arbor et durior  
quam sit herba. cuius due sunt spe-  
cies. scilicet maior que crescit iuxta sepes. ut  
dicitur. li. li. xxi. ca. xvi. Tribulus dura-  
res est septa viii arum obtinet. in altu cre-  
scit sed cum non habeat vires ut directe se  
extollat incurvatur et versus terram se re-  
flectit. dentes habet acutissimos aculeos  
acutos et tentatos. et singule eius vir-  
gule a summo vultus dorsum ad radicem  
aculeis sunt munite. Elia est species tribu-  
li minor et crescit in locis palustribus et in  
capitis et est minor in longitudine et gros-  
sus siudine quam sit maior. Folia haec minuta et  
rotunda. hastulas pergit longas tenetas  
tubeas spicas pertra diffusas aculeatas per  
totum et spinosas. Florem faciunt album  
et fructum primo viridem tenuide ruten  
tandem nigru et hunc fructu diligunt se-  
pentes colubri et butones. uero talis fructu

# Liber. XVII.

244

comedere hōsto nō est tutū et cui iſpm co  
medere libuerit et ligere dī illū qui a ter  
ra magis ē eleuat et nō nimis matur q̄ i  
teger est et intactus a muscis vel a ver  
mibus non corrosus Tribulus autem cam  
pestris vt dī. Pli. aratru et frugibus est  
inimicus. vivat enī est et multū se mul  
tiplicat. et vir eradicari potest quando in  
aliquo radicatur agro. et ideo messes cō  
primit et cōfundit pedes et cura tranſeu  
tium et manus se tangentiu multum le  
dit. et tranſeūtes sexū cadere vel cespita  
refacit. restes hōstū dilaniat et discerpit  
et oulum iuxta se pascua querentis lanā  
rapit. et ideo dicit tribulus a tribulādo  
q̄ tribulat et ledit sibi appropinquantes

## Capitulū CLXXI

De thimo

Imus est herba valde aromati  
ca vñ Virgilius redolentibz thi  
mo fragrantia mella cuius flos  
dicit epithimus. et est flos medicinalis.  
valet enī virtutem melancoliā purgā  
di et flema. et ideo valet cōtra quartā  
nam et alias melancolicas passiones.

## Capitulū CLXXII

Le thimiamate

Thimiamata est quedam confectio  
nē p̄fissima et onica et tacte gal  
bano et thure sp̄parata sicut dī  
citur Exo. xxx. et est dicta a thimo flo  
re odorifero q̄ olet suauiter sicut thim  
sicut dicit Ili. li. iii. vbi tractat de odo  
ribus. talis autem confectio in v̄sus homi  
num non debuit fieri q̄ dominus offerre  
in templo super altare thimiamatis hāc  
precepit. et ideo in ecclesia non debet sp̄o  
lus et sponsa thurificari odore thuris.  
Inde etiā est q̄ allato thure benedictio  
super altare. si descendat thuribulum ad  
chorum aliud thus sine benedictione ap  
ponendum est et offerendū hōibus.

## Capitulū CLXXIII

De thure

Hus est nomen arboris et etiā  
gummi inde emanantis. vnde  
Pli. li. xvij. dicit thus est arbor

arabie immensa atq̄ ramosa leuissimi  
corticis ad aceris quantitatem. succum  
aromaticum et album modo amigdale  
generans et effundens et masticatione  
in puluerem resolutum est intus pigue  
et igni appositum facile ardens. et appel  
latur apud nos mascul' eo q̄ natura sit  
rotundum ad modum testiculorum. reli  
quum vero est planum et plene scabio  
sum. et est masculo minus bonum adulter  
atur autem admixtum refine alte sue  
gumi sed sua cognoſcitur propria qualita  
te. nam thus igni appositum ardescit. re  
fina vero fumescit. gummi autem calefa  
ctum resoluitur et liqueſcit. Arbor autem  
vnde fluit thus dicitur libanus. et ei' gū  
ma a naturalibus ac medicis olibanum  
nuncupatur a monte arabie ſic vocato  
sed a libano arboze fluens olibanum li  
banus nuncupatur. vt dicit Ifidor. Et  
dicit glo. Super Eccl. cxiiij. Super illum lo  
cum. Ego quasi libanus non incisus zē.  
Libanus vt aiunt arbor est in arabia cor  
tice et folio lauro ſimilis fructum emit  
tens bis in anno ſclicer in vere et in au  
tumno. sed qđ p̄ sē fluit i principio eſta  
tis melius est. quod vero in estate corti  
ce inciso paulat̄ exire cogit. in autūno  
vero nec ita candidum est nec ita purum  
sed hoc quod primo adharet ramis et cor  
ticibus in estate indurat et a ramis fer  
to recolligitur. Thus optimus est qđ al  
bum ſolidum et mundum odoriferum et  
rotundum ad modum testiculi ac oblon  
gum. et ideo dicitur masculinum. thus  
vero quod apertis corticibus in autum  
no vel hyemis principio effluit non est  
alteri ſimile in virtute nec etiam in co  
lore. quia illud album est et transſculptū  
odoriferum valde atq̄ mundum. thus  
vero ſecundatum et rufum est tenue et  
scabiosum. vt supra dicit Ifidorus. Re  
gio autem ybi crascunt thura ē montuo  
la et per altitudine rupium et scopulo  
rum quasi inuia et inaccessa. vt dicit glo  
sa Super Ecclesia. supradicta. Nec omnia  
dicit Plini. li. xv. ca. x. et dicit gloſa q̄ a  
rabia est regio thura gignens ſabea ei'  
dem regionis p̄uertia maxime thurife  
ra. et est terra ex vna p̄ce mari et scopulis

ex altera vero montibus et rupibus vic-  
accessa vñ thuris arbor sine culture cre-  
scit et terram argilosam diligit. Dicunt  
autem arabes q̄ ihus non delet recolli-  
gi nec ei' arbor incidi, nisi a sacris et reli-  
giosis tempe collectioni s̄ cōtactu mu-  
lierū nō pollutis. et sic putat p̄ religio /  
nis obseruantiam merces augeri. Itēz  
idem ibidem ca. xvi. prima naturali vin-  
demia est circa canis ortum i fortissimo  
estu. nam tunc eius cortex tenuissim' la-  
patur et p̄filit inde spuma p̄gvis que cō-  
creta tensatur vbi loci natura poscit hoc  
purissimum est et candidiss. Secunda vin-  
demia est v̄sas hyems corticibus insculsi  
rufum hoc exit nec compadile est priori.  
Creditur alit nouelle arboris gumi esse  
candidius sed veteris efficacius et qui/  
daz putant in insulis meius gumi. alij  
negant in insulis nasci. Collectū thus i  
camelis defertur in ciuitatem que salo/  
triam dicit. porta ad hoc patente nec per/  
aliam viam dixerit licet ibi' tecumant  
deo quem inuocat. ibi' in mensura et po-  
dere accipiunt sacerdotes. nec ante indi-  
licet mercari nisi prius deo debita portio  
offerat. candore p̄ batur et cartone si stati  
ardeat et inflameſ. si dentem non recipit  
sed stram frangit ut redigat in pulue-  
rem vel in micam. Hucusq̄ Plu. fm Dy-  
asco. vero et Plate. Thus est gumi cuius  
dam arboris in alexandria. et dicit oliba/  
num alexandrini. qđ est purius et meli-  
us. aliud inuenit iuxta damascum. et di-  
citur damascenū et non est ita bonu; nec  
ita purum sicut primū. Est autem cali/  
sum et siccum. multū aromaticū. multū  
pingue et glutinosum virtutem h̄z cōfor-  
tandi ex aromaticitate sua cōsolidandi  
et cōstringendi et cōglutinandi ex gumi-  
fitate sua. potenter stringit lacrimas et  
fluxum humorū. descendentiū de capi-  
te. p̄cipue qñ fluunt p̄ venas exteriores  
faciei si circa tempa eius pelvis cu' vi-  
no alto et cum albugine oīi emplastref-  
sic etiam sedat dolores dentū et gingiva-  
rum. masticatum thus p̄filat fluxū hu-  
morū a capite ad membra spūalia ad pe-  
cius vici et pulmonem. cōtra indigestio-  
nem et acidam eructuationem multū va-

let vinum in quo fuerit thus decoctu;  
matricem cōfortat et mūdificat et cōce/  
ptum iuuat sumis eius mixtus paluis  
eius cum aceto graciat et attenuat mā/  
nas turgidas puellarum. cōquassatio/  
nibus cum pice subuenit. dolorem auric/  
um mitigat. mixtum cu' vino tumorib⁹  
intestinor⁹ subuenit si cu' vino bibatur  
Hucusq̄ Dyasc. et Plate. Dicit autem  
thus fm Ili. a theos qđ est deus. quia in  
deop̄ sacrificijs adoletur. et fm hoc habet  
aspiratiōem vel dicit a tundo dis. qđ abi-  
le ad tundendū et sepe tundit. et qđto pl̄  
tuuiditur tanto plus redolet et faciliter in-  
flamatur. et sic caret aspiratione. et thu-  
re incenso p̄cedit aromaticus fumus ad  
modum virgule. et est inferius gracilis  
tum mobilis multis circuulotionibus  
amfractuosus. et se ad p̄tes oppositas mo-  
tu levissimo circuuluen s. versus supi-  
ora se dilatans immutans aera et obum-  
brans odoris sui fragrantia fetorez ca/  
dauerum auferens. ad cerebrū directe  
penetrans spūum animalem confortat et  
recreat p̄ cerebri ventriculos se diffundit

## Capitulū CLXXIII

### De vimine

Imen viminis dicit virga mol-  
lis. et dicit vimen eo qđ haleat  
vī multam viroris. nam eius  
natura est talis vt etiam arefactū si in a-  
qua abluitur iterum levirescat. vdi. Ili.  
do. li. xvij. ex viuinibus fiunt necessaria  
vitibus vincien dis et soleis religandis  
ligamenta. vt patet supra eodem in lit-  
tera s. quere de salice.

## Capitulū CLXXV

### De virga

Irga apprie est que de ramis na-  
scitur. et dicitur a vītute eo qđ in  
sevī multam haleat. et dicit  
a virore. nam virtus que latitat in radie  
ce se pdit in virorevirge. Et dicit virga  
quasi vi regens. virga enī vīuntur magi-  
ad placandos serpentes et idcirco in vir-  
ga sustinent hos alligatos. vīga etiā vī-  
tur philosophi reges et magi. vt dic  
Ili. li. xvij. virga etiam vīunt viatores

agror et arearum seu prator dimesores  
legati et nunc ac pastores. Virga siqui-  
dem ex triplici cōponitur substātia sc̄ex  
cortice ligno et medulla. mediāte medul-  
la nutritur et vegetatur. mediāte ligno e-  
rigitur et sustentat. corticis vero beneficō  
tegit. et ab exterioris aeris iniuria defē-  
satur. Nam v̄l di. cōmentator supra lib.  
de plantis. Loricem habet p̄ pelle arbor  
ligū p̄ osse. medullam loco vene. Nā ca-  
lor naturalis exīs potissime in medulla  
virge mediante ramo a quo pullulat hu-  
morem attrahit a stipite et radice et quod  
grossius et terrestrius est in attracto hu-  
more transmutat in lignū et in corticem  
qđ vero aquosius est cōvertit in frondi-  
um multitudinē. et qđ vñctuosius est et  
purius transmittit ad virgē superficie; ut  
inde p̄ducat florem ut tandem fructū ge-  
neret atq; semen. Hascif aut̄ ta; flos qđ  
fructus de substātia virge sine ipius cor-  
ruptionē et aliqua violatione. nam flos i  
sensiblē v̄ga egrediēs et r̄spēs v̄gā nō  
violat nec deforat. sed fecūdat eam poti-  
tus ac pficit et decorat. virga itaq; non  
pcipit fecūdationē gratia; nec potetiam  
generādi ex cōmissione semis sicut a fan-  
tia sed ex ore celesti piter et calore solis.  
Virga aut̄ ex quo ascēdit sursum semper  
tendit et suam summītatem v̄sus celum  
erigit quo uisq; pueniat ad pfectū incre-  
mentū. et est media inter ramū et stipite  
seu radicem a qua cōcipit fructum. et in-  
ter fructū quē p̄ducit ex substātia sue re-  
neritudo flexibilis est valde et defacili  
inclinabilis in q̄uis p̄tem. Item virga  
extremus est arida et sicca et aspera et no-  
dosa sed interius mollis est in medulla.  
et sub cortice humorosa. q̄to aut̄ virga  
plus crescit tanto a terra plus recedit.  
et q̄to sursum altius sustollit tanto i ei;  
acumine gracilioz et acutior inuenit. Itē  
virga ex se debet esse erecta. sed qñ est no-  
uella si casu aliquo ad terram incuruet  
difficile est vt indurata in illa curvitate  
ad rectitudinem reuocet. imo sepe facili-  
us frangit q̄ rectificet. qñ vero virga in-  
uenitur curva in igne ponit et p̄ calorem  
eius rigorem et duriciem resoluētē et re-  
mollientem ad formam rectitudinis fa-

alius reducitur. Item virga canibus ē  
odiosa et patiuulis quia virga eoꝝ insole-  
tia coeretur.

## Capitu. CLXXVI

### De virgulto

Ir̄gultum a virga est dictū s̄m  
v̄ Hug. estenī locus v̄bi multitu-  
do crescit virgariū. s̄m aut̄ Iſi.  
li. xvij. virgultū est ramus q̄ de roboꝝ ip-  
siue arboris pullulat. Sed v̄ga d̄r q̄ de  
ramis oritur et p̄cedit. Virgulū aut̄ s̄m  
cōmixtione seminū p̄cedit. In hyeme  
v̄leſcat. in vere vero placet. q̄ tunc v̄re  
scit et florescit p̄cūsum rursum pullulat et  
renuiscit a terra in suo ortu elongatur.  
et q̄to plus crescit tanto plus v̄lus ce-  
lum eleuaf. Aliqñ dicit virgultū v̄rida-  
rū vel v̄rectū locus sc̄; v̄ridis et ame-  
nus. plantis et herbis v̄rentibus cōſit  
sicut supra de orto p̄t. q̄re in l̄ra O.

## Capitu CLXXVII

### De vite

Iſis dicit a vinciendo q̄ vin-  
citur et ligatur. s̄m Iſi. aut̄ v̄g  
est dicta eo q̄ vim habeat citius  
radicandi. vel iō di ſi ut v̄tes eo q̄ v̄im  
haleant ut inicem v̄ttis se innecat v̄  
cūsq; arboribus reptando religentur.  
Est enī eaꝝ natura flexibilis quasi sc̄ali/  
cet brachijs quibusdam quicquid cōpre-  
henderunt vi teneant et conſtrīgant et  
la ligamina quibus arbores vel palos ca-  
piunt. capreoli dicuntur ſic dicti eo q̄ ar-  
bores capiunt vel mutuo ſe innectat quo  
rum ad miniculō freti palmites ventos  
ſustinent et turbines ne frangant. Di-  
cuntur etiam corimbi. q̄ sunt ſicut anu-  
li quibus prima queq; ligant ne longi/  
laxati palmites ventoz flatibus dissipē-  
tur et sine periculo fructus ſuos ſustine-  
ant. Utib⁹ autem iſta maxime conve-  
nunt oblaqueatio. Oblaqueri aut̄ ēter-  
ram circa radicem aperire et velut lac⁹ ef-  
ficere vt radix humore abundantius hu-  
mectetur et caloris solaris radio facil-  
penetretur. Item conuenit eis putatioꝝ  
est putare virgam ex rite ſupuaciā re-  
ſecare. cuius flagellum luxuriat. Itē eis

conuenit paginatio, et est pagina a gallum vitis supersternere et quasi porro pangere et hinc, pages dicunt prime scilicet vitis extremitates. Item eis conuenit fossio, et est fodere terram mouere fossorio vel ligone, ut radices herbe superne amouere, et sic vites melius souueantur. Item eis conuenit pastinatio pastinare aut est parillare, i.e. palos figere circa vites ut sustentent, ut dicit Plinius. et dicit a pango gis. xi. quod idem est populos figere vel plantare, ut dicit idem Plinius. autem pastinare estimo vel terro prius qui ritem pascere vel nutritre ut amplius fructificet. Item eis conuenit pampinatio, est autem pampinare pampinos, i.e. folia superflua de vite amouere ut vites liberas aerem purum capiant, et foliis non obumbrate citius maturescat. pampini autem ut dicit Plinius, sunt folia quorum subsidio fructus vitis ab ardore et frigore defensatur et aduersus omnem iniuriam premitur, qui pampini ut dicit Plinius, non sunt intercisi vel solarii radiis ad maturitatem fructus faciliter admittantur, et sunt dicti pampini, eo quod de palmito pendeant. ut dicit idem Plinius, li. xvij. Item eis conuenit vindemiatio, et est vindemiare de vite vias demere, quod sit quoniam fructus vinee percidunt et recolliguntur. De vitibus autem dicit Plinius li. xvij. c. xxij. Utis quoniam praeclara tpe congruo et modo debito, ex præcisione vires recipit et cōcipit materiam ex quo fructus vel flores in posterum paruntur, nisi enim præcisione castigatae superfluo tota infecunda et sterilis reddere, nihil enim audiatur nascitur, et ideo nisi vires ad parentium serventur non est paritura fructus. In vite autem est natura ut malit parere quod vivere, et non quicquid de materia superflua a vite temeris fructui accedit, vites vero præstationis tpe quanto citius putantur tanto plus effundunt de materia et quanto serius tanto ferunt fructus veliter ore, ita tamen quod puratio tempus debitum non excedat, unde vites graciles et tenues citius oportet putare, validas autem nouissime. Detet autem præcisio fieri oblique inter duas gemmas, ita ut in parte opposita gemme præcisionis fiat vulnus

Ideo autem detet fieri oblique et non directe ut cito descendant et testuant guttule pluviales per quarum frequentiam permanenter super planam insculpturam vitis summitas ledet. et quanto vitis est gracilior et macrior tanto plus est de ea putandum, quando autem pampinatio indiget non detet remoueri folium quod est circa vuam nisi vinea sit nouella, sed potius alia que magis sunt remota, hoc enim vuam supplantaret. Quicquid vero erumpit et pullulat alias quod ab oculis siue gemmis spurium et inutile iudicatur et statim est suspendendum. Item idem capitulo xxiij. Utibus accedit morbus specialis sciz quando germina nimis tempestivae auferuntur aut quoniam in supinum inciduntur aut quoniam noxio rore vel ymbre florationis tempe profunduntur, aut quando nouella germina pruinata aut frigore decoquuntur aut quando ab imperitis cultoribus aut circumscisoribus radices vulnere iniuriosas leduntur et quoniam desquamantur, i.e. a suo corice totaliter spoliatur. Iter omnia aut maxime ledit quoniam fortis ymber percutit palmitem florescentem quod simul defluit ipsius fructus. Ex aere autem corrupto et rore vel ymbre noxio crescent quidam vermes ut eruce et testudines vitis germina et folia depascentes, et eam sic depastam facile derelinquent, nascitur autem hoc malum in tempe nimis humido atque lento. Accedit etiam eis aliis mortis quem araneum vocant vinitores, quod ex statu venti notio et ymbre corrupto generantur quedam tele quasi aranearum quibus obvoluntur fructus et consumuntur et aduruntur. Ledit etiam vitem raphanus odit etiam et caulem et omnem olus, odit etiam et corulum, unde quando talia vitibus sunt vicina tristes et egræ efficiuntur. Hicrum quidem et alumen et aqua marina et fabe ac vicia putaminarum et maxime intermentia vitis sunt venena. Hucusque Plinius li. xvij. ca. ii. Dicit idem ut apud præseos vites inter magnas arbores numerabantur. In aliis enim partibus sunt vites ita magne ut ex earum truncis statue siant et collane, ut per se in simulacro iouis in yre po-

pulonia. Sup tectum etiam templi ephesie diane una vite antiquitus scandebatur. Columnae quoque de talibus vitibus facte duitissime permanet incorrupte. In paucis enim lignis natura eternior est quam in vite nullo fine crescut. et circa domos et villas circinduci possunt. leuant etiam in multis præibus ad vlmire populi arboris summitates et eorum rami quasi maritati affectu suis brachijs se connectunt. Arbor est utilis et medicinalis tam in folijs quam in fructu et emittit et reddit liquorem succis osm arborum meliorem. qui praeditus lacrimam emitat purissimam. et illa lacrima utiliter collirij adhibetur. per illius lacrimum emulsionem depuratur eius subtilis humor in radice. unde fructus poterat surgere dulcior et purior ex ipsa vite. Folia vitis sunt lata interius plana viridia et mollia. exterius autem valliculata et villosa in extremitate. lateribus intercisa et acuta multum obumbrantia quorum umbra estuantibus et quiescere cipientibus est iocunda. et sunt multum medicinalia. Nam vulnera misdat et misda sanguinem decocta refrigerant. calorē febrem mitigant. estuatiōem et tumores stomachi cathaplasmatā mire sedat. pgnantem adiuuant. somnum puocant. et cerebrū recreant et confortant. et lacrima potata sepe calculo strangit ut dicit Dyasc. Vitis acutus. lippitudinem oculorum tollit. moribus venenatis et vegetationibus succurrat ventrem fistit. cenis etiam eius valet ad predicta qui succo ruta zoleo admixta timorem splenis spargit. ut dicit idem Plini. li. xxiiij. ca. i. ubi dicit folia vitium dolores capitis amputat. inflatiōes sedant cum farina ordei calidam arteticam curant dissentericos valde iuuant si eorum succū bibant patientes lacrima eius. cuius oleo sup locū pilosum illita modo pilos tri. pilos amputat et hoc facit maxime lacrima quam ramus vitis viridis emittit et resudat. vertucas tollit. cortex vitium et folia arida vulnerum sanguinem sedat ipsumque vulnus coagulat et sanat. cenis vitium mox fistulā purgat et curat. neruorum dolores et constrictiones mitigant. scorpionum et canum plagas cum oleo

sanant citius. cenis corticis per se pilos ablatos restaurat et multiplicat. Huc usque Plinius.

## Capi. CLXXVIII

De vite agresti

**v** Iris agrestis est labrusca sic dicta. quod in terre marginibus crescit. a labore enim dicitur labrusca seu ab extremitate terreni nascitur sicut dicit Plini. li. xxvij. Est antem simulis viti vinifera in folijs sed non in fructu. nam fructum facit modicum aut nullum et si quem fecerit ille dutus est et stipitic et amarus. Vitis vinifera regenerat se per labruscam quando non colitur nec plantatur. et econuerso de labrusca fit viti vinifera per culturam debitam et tonsuram ut dicit Plini. et quae labrusca non sit quo ad cibis utilis. est tamen utilis quo ad medicinam. nam eius radix elixa in aqua pluviali et mixta vino ydropicos curat omnes maculas tollit. tuftum compescit. puluis radicis eius contra defectum stomachi mite subuenit. ut dicit Dyasc. Plini autem lib. xxiiij. ca. ii. dicit sic. Labrusca grece ameloe sargie appellatur. Spissis folijs vinoso cortice fert vias rubentes modo cocci quarum succo mulieres cunctem faciei purgant. et ille vue cum folijs ei succo trite utiliter apponuntur. vitiis coarctum et lumborum trite cum acetato scabent hominis et quadrupedum curant. hucus usque Plinius.

## Capi. CLXXIX

De vitulamine

**v** Itulamen a vite dicif illa plantā bastarda sive spuria et infertile sive alias. non procedens ex ipsis gemmis et tales plantae degeneres sunt et in naturales. et ideo non fructificant. sed vietum onerant et grauauit et fructum impediunt ac retardant. nam humorum at trahunt a radice qui detinet trassferri ad fructum nutriendum et augmentandum et ideo debent citius extirpari ne diutius crescentes diminuant fructum vitiis. et ideo tales plantae adulterine dicuntur spuriae.

ria vitulamina. i. degenerantia et nō naturalia. vt habetur li. Sap. ca. iiij. et est h̄c littera rabani et antiquor. Q̄uis ēlū gust. in li. de doctrina xpiana dicat. q̄me lius dicerent adulterine plantationes q̄d quidem verum est quo ad simpliciū; intellectū. x̄ra tamen littera est et bona quo ad intelligentes scilicet spuria vitulamina.

## Capitulū CLXXX

### Vinea

**v**ineā ut dicit Papias. est loco vbi plantant̄ vites. vñ et vineatum vocamus locū vbi confita ē multitudo vitium. Vinea diligenter extolitur et ab omnibus superfluis expurgatur et a cultoribus sepe visitatur. et ne le datura testis maceris et sepibus circundatur et ne diripiāt fructus ei custos in ea sup speculam ordinatur. in hyeme sine cui stodia relinquitur. sed in autumno a multis frequentat. in hyeme valde pallet. in vere et in estate viret. floret ac redoleat. sed in autumno fructu gaudet. odor florentis vinee omni venenoſo contraria. et iō ipa florente fugiunt colubri et bifones sustinere eius fragrantia nō valentes. virore et amenitate delectat visu fragratia. et aromaticitate affic̄ olfactum. saporis suavitate reficit gustū foliorū lenitatem demulcet tactum. aere diligit purum serenum. vt di. Sli. et min. diligit tempus nubilosum. terraz diligit calidam et siccām mediocriter pingueam ac dulcem. nam qñ terra est nimis pinguis vñ nimis humida luxuriat i ramos et in folia. et paucos habet fructus. quādo vero terra est arenosa et nimis macrato deficit et arescit cū nō inueniat sufficiens fundamento seu nutrimentū. similiter si fuerit in terra amara vel salugi nosa corruptif radix eius malicioſo hu more radicis subām subintrante. et ideo diligit terram dulcem et in suis qualitatibus t̄pātam et iō montes alti soli bene expositi sunt optima loca ad vineā. qz i eis est humor dulcis et calor fortis. et q̄to vinea soli magis est exposita. tanto fructus reddit dulciores. Primo autem

est fructus v̄tidis durus stipiticus et a ceteros. deinde p decoctionē solis dulces efficitur et deliciosus. sub folijs enī ipi vinee latitant vulpes v̄tes vinee corrodentes audie et reustantes. et maxime vbi custodes sunt negligentes. nec pdest et aliqui minus sapientes ponūt et claudunt vulpiū aduersarios. i. canes intra vitium maceris siue sepes. nam plus de molliunt et destruunt v̄tas vinee sic inclusi p auci canes q̄ furtive facerent plures vulpes. vt di. Iſi. et ideo sapientes vñtores summa student diligētia ne subintrent porci seu canes domestici servul pes. a muscarū autem et vermum corrisione non potest seruari vinea nisi p ipsi us manū. quia omnia in sua continet potestate. vt di. Iſido. et salvat magnifice vñuersa.

## Capitulū CLXXXI

### Vinea

**v**ina ab humeo mes. dicit. et est dicta quasi humida. eo q̄ intris secus humoris est plena. vt di. Iſi. li. xvij. Ex tribus autem componit̄ vua. s. ex folliculis glarea et arillis. folliculi dicuntur vinaria siue tece in quibus glarea continetur. et est glarea succis siue humor pinguis ipius v̄te. Arilli autem dicuntur pulula grana que sunt in racemo. et dicuntur alio nomine acini ab aceo es. et telet dici hic acinus ni. sicut patet in maiori volumine pristiani. vbi dicit il lud verbū paulini. Exprimit humentes acinos succumq̄ liquefientem. aliqui tam dicunt hoc acinū. Vua enī est generale nomen ad botros et racemos. nam vua proprie est multorū granorū coadunatio. racemos autem dicitur vnum granū. Botrus autem vnatūm congeries vel cōgregatio que gallice dicitur moissine. secūdū autem papi. et Iſi. Racemus est botrionis pras siue ramulculas cū vnis fascis. vnde a ramo dicitur racem. s̄m Iſi. Vua autem a multis dicitur suburbāe eo q̄ in vrbibus vendunt ad comedendū comedant enī eas et species et iocunditas savoris. quarū multe sunt species. si cut pcoque sic vocate q̄rato maturescit

et ante omnes calore solari decoquuntur  
quas greci ageos dicunt, qz festinat ad  
maturitatem sicut lepus. Item sunt pur  
puree a calore purpureo sic vocate. Itē  
sunt viciae vel vernacie sic dicte a ma  
gnitudine, sicut dactili a lōgitudine. Iſi  
sunt stephanite a rotunditate nūcupate.  
Item sunt ceraunee sic dicte eo qz rube  
ant velut ignis. Sunt aut̄ aminee vue, s.  
albe mineo, i. colore rubeonō p̄mitte. Iſi  
sunt apiane facientes vinū dulce, quas  
nisi cito colligas pluuijs et ventis et maxi  
me apibus infestant, p̄ quarum depdati  
one apiane sunt vocate. Itē sunt et bu  
tislate alias biturice a regione nomē sor  
tite, turbines et pluuias et colores optie  
sustinent et in terra macra nō deficiunt  
h̄mōi, et dicit esse basilica. Item sunt ar  
gite quas nisi primo tpe colligas aut in  
terram cadunt aut humore cōputrescunt  
Item sunt et ellolie, i. varie que neqz  
purpuree sunt neqz nigre ab albo colore  
sic dicte, elbum enī inter album et nigrū  
est medius. Sunt aut̄ multe alie differē  
tie vuarū qz que dicta sunt, que differunt  
ab inuicem in sapore et calore in magni  
tudine et v̄tute, sed he sunt magis famos  
se v̄ti di. Iſi, li, xiiij, fīm ysa, xvi in dieſ.  
Color vuarū quadrupliciter variatur. Sunt enī vue oino albe, clare et aquose,  
modicū carnis halentes cortices subtū  
les, ossa exigua. Sunt iterū vue omnis  
nigre grosse carnis, pui humoris et corti  
cis, et ossū magnorū. Sunt et citrine qz ma  
gis p̄cipiant cū albedine qz, cū nigredie  
Sunt insup rufe que magis accedunt ad  
nigredinem qz ad alborem. Alle leuiter  
nutriūt facile digerunt, venas penetrat  
et v̄rinam puocant. Nigre sunt dure di  
gestionis, tamen stomachū plus cōfor  
tant, etiam plus nutrunt qn̄ bene dige  
tuntur. Citrine autem et rufe sunt me  
die in potentia, et sicut dicit idē ysa, qz to  
vue sunt maturiores tanto suu lauda  
biliores et ad nutriendū et generaendum  
bonum sanguinem meliores. Quae qz mi  
nus habent carnis qz humoris laudabi  
liores humores generant qz ille qz sunt  
pluris carnis qz humoris non tamē sunt  
tanti nutrimenti.

## Capi. CLXXXII

De vua immatura

Quia immatura est frigida et sic

v ca et multū acerba, et p̄cutit ner  
uos sua frigiditate, dentū et ra  
dices sua stipticitate int̄m̄ obſtupescunt  
et vident qdāmmō congelari. Virtutes  
autem habet cōstringendi et coleticū vo  
mitum reprimendi et calorem epatis ex  
tinguendi fitim auferendi, acumen cole  
re mitigandi, humores grossos in ocu  
lis in palpebris desiccandi, et pruritum  
oculorum et asperitatem abstergendi ut  
dicit ysa.

## Capi. CLXXXIII

De vuapassā

Capassā multis modis fit. Ali

v qn̄ enī torquetur illud qz vua  
dependet a vite ita qz non pos  
sit humidū vltēris ad vuam ascendere  
et sic p̄mittit a sole p̄ dies aliquos v̄hc  
cari, et hoc dicitur vuapassā ppter calorē  
solis quem patitur, et hec est optima ad  
comedendū. Elikn̄ racemi inuoluūt in  
pampinis vitis et colligantur folia fil  
ne racemi dispergantur, et post qz panis  
est extractus de cibano qn̄ calor est tem  
patus imponunt ibi racemi inuoluti et  
exiccantur. Simuli mō dicunt iste vuas  
passē, qz quandam violentiam a calore  
cibani patiunt, simili mō qn̄qz in fuma  
rio fit vuapassā, ut dicit alexander neqz  
Dant vuapassas cibanus fumaria fe  
bus. De vuapassā di, ysa, in dieſ. Qua  
passā pfecta in dulcedine ē calidior ma  
xime si nigra est, nec est nimis mollifica  
tiva nec nimis cōstipativa, sed media  
malos humores tempat et mitigat mor  
sionem, matutine quando est pinguis et  
carnosa et corticis est tenuis et ei⁹ ossa  
sive granula sunt exigua atqz pauca, hu  
iūsmodi vuapassā cōtra dolorem pecto  
ris adiuuat, pulmonem mūdificat, tūs  
sim sedat, resicam et renes purgat, sple  
ni et epati non cōuenit si habuerint du  
riciem et grossiciem. Quia autē passa ha  
bens acerbitatem cum quadam ponici  
tate miuus est calida qz sit dulcis et mu

humida maxime si sit alba. et iō patum  
uirtutē calorem extinguit. ventrem cōsti  
pat et constringit.

## Cap. CLXXXIII

### De vino

Inum dicit quasi in vite natū  
v vel a rena eo q̄ potus eius venas  
sanguine cito replet. vt di. Iſi  
dorus li. xx. ybi tractat de potu. Temetū  
autem dicit forte vinū eo q̄ teneat mē  
tem et temerarie agere sepe facit. Dicit  
et merū qñ est purum et aque nō admi  
xtum. dicit et bacchus a libero patre qui  
vocabatur bacchus. et dicit fuisse prūn  
repertor vitis. vel bacchus dicit ab effecū  
q̄ fortitudine sua facit bilentes furere.  
et in alios debachare. Laudes autē vini  
nō posset ad plenū desclilere etiam si vi  
ueret bacchus ip̄e. Inter omnes enim li  
quores et succos atq̄ vīnū obtinet pri  
cipiatū. nam p̄ oībus liquoribus vīnum  
moderate sumptū corpora plus confortat  
corda letificat. morbos et vulnera euaci  
at et sanat. vñ di. ysa. in vīl. die. Vīnū  
dat bonū nutrimentū corpori. sanitatem red  
dit p̄ditam ac custodit. calorem natura  
lem p̄ oībus cibis et potibus confortat et  
augmentat. ppter familiaritatis cōforti  
um qđ habet cū natura. vñ sanguinē pu  
tissimū generat et turbidū purificat et cla  
rificat. venariū ora aperit. et ad interiora  
mūdificanda sua subtilitate penetrat. et  
tenebrosam fumositatem tristicie indu  
ctiūam illuminat atq̄ fugat. citius cor  
poris membra corroborat. et vigorem sin  
gulis administrat. vīni enī bonitatem ac  
tio anime manifestat facit in ea tristicie  
et doloris oblinionem. nec p̄mittit eam  
sentire angustiam vel dolorem. acuit in  
tellectū et facit eum docilem ad inuesti  
gandam rem difficilem et subtilem. ani  
mosam etiam ip̄am efficit et audace. vñ  
pt; vīni excellentia cuius vīsus cōuenit  
oībus hōibus. et atibus t̄pibus et regio  
nibus si debito mō fm̄ vires bilentis a  
singulis assumat. senibus enī cōuenit q̄  
calor vīni eorū repugnat frigiditati. iue  
nibus cōuenit fm̄ cibum quia in natura  
similis est nature et etati uiuenū et ado-

lescentibus pueris est cibus et medici  
na. et eorū calori adhuc imperfecto nutrit  
tum exhibet et augmentū et ip̄am humili  
ditatē puerilem sup̄fluam cōsumit et  
desiccāt. in frigida enī regiō et in hyeme  
vīnū forte et multū purus cōuenit. ī esta  
te vero et in calida regione vīnū purum et  
multū mixtum vīle. corpus enī humi  
citat et refrigerat. ppter mixturam aque q̄  
subtilitate vīni ad remotiora mēbra r̄du  
citur valde cito. ideo antiqui vocauerūt  
vīni triacam magnam. q̄r inueniēt il  
lud duacū reū esse iuuatūm. calefac  
enī corpora frigida etiā in frigidat calida  
et humectat siccāt et humida extenuat et  
desiccāt. sed eius calefactio et siccatio est  
naturalis. humectio vero et infrigidatio  
est accidentalis q̄ subtilitate sua portat  
aquam ad membrā que necesse h̄nt infri  
gidari et humectari. vt dicit idē. In vii  
no autē cōsiderantur ista substantia sine  
liquor calor sapor atq̄ odor. Nam sc̄m  
subām vīni attendit subtilitas et ter  
restritas siue grossicies atq̄ mediocri  
tas. vīnū subāliter tenue et subtile albus  
est clarū et cōuenit stomacho. q̄r cito i  
geritur et venas pforat. mentem non per  
cutit neq̄ ledit nec nervis nec cerebro  
aliqđ infert nocumentū. vīnū autē ter  
estre atq̄ grossum subtile est optimū.  
stomachū enī grauiat et difficile penetrat.  
vacca aliquando est agresti sive de qua dicit Auen. et etiam Are stote. Est inquit vacca in terra partorum habens crines in collo sicut equi. et est corpus eius ad quantitatem cervi. unde a multis equiceruis vocatur et talis vacca carens cornibus habitat in montanis. et est silvestris. et habet pullos oculos et sunt acuti visus. et quanti docebat cornua vacce huiusmodi. sed sunt parva ad modum hinnuli et sunt curvata versus tergum sicut cornua capri. et

in corde eius inuenitur os sicut in corde cervi et camelii. et illud os quando inca lescit sanguis. titillando mouet cordis nervos et substantiam et est causa extinxans animal ad motum leticie et exultationis. unde ex tali titillatione quasi subito se erigit caput mouet. salit velocius et discurrat. Item Aresto. li. viij. di. Anis malia. inquit que non possunt halere suauamenta a cornibus halent suauamenta alia a natura. sicut tedit velocitatem cervi et a gestibus vaccis que cornua habent incurvata. et non possunt propter magnitudinem defendere totum corpus et propter hoc tedit natura agresti vacce a liud suauamentum scilicet electionem sterco ris quo exurit canes qui ex vicino sibi nimium appropinquant. alij etiam canes qui stercora talium vaccarum inueniunt circa ipsorum odorem se occupant quousque imbellies bestie fugiant periculum et evadunt. De hoc quere supra in littera B. de boue et de bubalo qui est vos agrestis.

## Capitulū. CLX

De vitulo

vitulus a virore etatis dictus est ut dicit Isido. libro. xij. Nam statim quando nascitur a virtute propria ad querenda matris uetera erigitur et levat matris ueterib[us] stati reficitur et lactatur materna lingua linguis et ab' omni inuidicia contracta ex vetero abstergitur et purgatur. Nascitur ei sicut et ex quo in fronte postula quedam nigra quae magis fore amoris afferunt incertuum. Hanc pustulam mater statim amputat et detruit nec eum admittit ad uetera nisi si predicti virus auferat et prescindat. Ide di. Are st. De equa et eius pullo. sive Auen. quere supra in līa E. de equa. Vitulus mitem diligit et eius mugitus sequitur et cognoscit. Uteraque que fugit fronte excutit. et sic veteriorem lactis effusioem a matre quit. lacte satiat salit hilaris et discurrat saliendo. a matris aut vestigis non discedit. Sile di. Are st. li. viij. quod vii tuli castrans post unum annum et si non castratur illo tempore erit parvus. et est castrato

vitulorum sicut hunc modum, posternus vituli in terra et scinditur corium, et expri-  
mitur testiculi et eriguntur eorum radices ad superius, et eorum nervi et ligatur scissura quousque exeat sanguis extra, et si accidit apostema crema bunt testiculum ab scissum, et ponunt cinerem super apostema et sic locus sanatur. Est autem in mari quedam bestia habens similitudinem vituli, propter quod vitulus marinus nuncupatur, hec partur in terra more pecudum, mo-  
re canum coit, nuncupatur plus quam duos educat mammis fetus non ante undesimum diem dicit fetus ad mare, sed deinceps assuefacit eos ad natandum, dif-  
ficeret interficunt nisi capite lessu mu-  
giunt sicut vituli, propter quod vituli nuncupantur, voce et vultu populum salutant cum maxima disciplina. Nullum animal grauiori somno punitur, pennis quibus in mari videntur, humivice pedum serpunt pelle, hirsutas et crinitas habent sicut vituli que detracte sensum equoris retinunt semperque maris estu recte dente intorti-  
scunt. Dextre eius penne vim somni-  
feram dicunt inesse, somnosaque provocat si supponat capiti. Hucusque Plinius, lib. viiiij, cap. xij.

## Capitulum CX

De ursis

Ursus est vocatus eo quod ore suo format fetus quasi ursus, ut dicit Isidorus, li, xij. Nam autem eos informes generare partus et carnem quan-  
dam nasci quam mater lambendo membra copiovit. Unde est illud. Sic format lingua fetus quem protulit ursa, et sed hoc immaturitas prout facit. Denique trigesimo die generat, unde euenerit ut capita secunditas informes praecedit. Ursoru caput est inqualidum vis maxima in bra-  
chiis et in lumbis, unde interdum ere-  
cti insistunt, ut dicit Isidorus, li, xij, in cap.  
de bestiis. Uel 8r uerba virginis quod fortiter  
virget ac stringit quem apprehendit. De  
ursis dicit Plinius li, viij, ca, xxvij. Ursorum inquit coitus est in initio hyemis, nec vulgari quadrupedum more coeunt sed ambobus cubantibus et complexis

recedunt deinde ab iniuvem et in tractus spe-  
cuse separatum in quibus patienti, xxx, die  
et non plures quam quinq; sunt fetus can-  
didi, et informis caro, parum maior quam  
sunt mures sine oculis et sine pilo, un-  
gue tamen prominent hunc latendo pau-  
latim figurant, nec vident homines quic-  
quam ratisque ursos coeuntes vel parietae  
ideo mares quadragenitis diebus latent  
femine quaternis mensibus, latibula  
sua edificant cum ramis et frondibus, et  
sunt penetrabilia ymbribus molliisque, ita  
de contexta, primis his diebus bis septen-  
tenis tam graui somno oprimuntur, nec  
vulneribus valeant excitari, tunc pri-  
gescunt miro modo. Et sunt eius adi-  
pes apte contra profumum capilloruz,  
post hos dies resident ac priorum pedum  
succu vivunt, fetus frigentes oprimen-  
do ad pectus souent, et cubant super eos se-  
cut volucres. Mirum autem est dictu quod  
credit Theophrastus ursorum carnes  
tunc temporis coctas crescere si seruent  
nec inueniunt tunc aliquod cibi in alio  
vestigium nisi modicum de humore. Lira  
ca cor autem habet tunc sanguinis par-  
uas guttas et nihil omnino in reliquo  
corpo inueniri potest, in vere procedunt  
et tunc masculi sunt pingues. Luius rei  
causa est occulta, precipue cum thictem  
poris nec cito nec somno sunt saginati per  
terque diebus bis septenis. Exentes au-  
tem specum quandam herbam querunt  
quam comedunt ut laxent ventrem quem  
habent tunc constrictum. Oculi eorum tunc  
sunt heterotati, et ideo tunc maxime experti  
fauos apum ut os vulneratum punctu-  
ris apum sanguinando relevet grauedi-  
nem et dolorem oculorum. Caput habet  
debile quod est fortissimum in leone, et  
ideo si virgente vi quandoque terrupe se pri-  
cipient, collapsi super arenam tefacili  
moriluntur. Cerebrum ut dicunt habent  
venenosum, et id eorum capita quoniam occidunt  
in spectaculis ursurum ne gustates aliquos  
cerebro in ursinam rabie morti, pugnatur  
thauros et auersi rapiunt ore ipsis, pedi-  
busque olbo in cornibus suspensi podere ten-  
ciunt, et tunc mordendo eos dilaniant et occi-  
dunt, nec alicui animali inest tanta soler-

tia ad maleficia sicut vrsis. Hucusq; pli  
nius li. viij. ca. xxvij. De vrsis aut dicit  
Aresto. li. vi. Ursus inquit comedit omni  
nia indifferenter. comedit enim fructu qn  
ascendit arbores et frangit aluearia et co  
medit mel. et infestant apes oculos eius  
et pungunt linguam et qnq; fugiunt ipm.  
et comedit cancrios et formicas. propter me  
dicionam. et comedit carnes. propter ei magnam  
fortitudinem. et pugnat cum cer  
uis et porcis agrestibus et cum canibus et  
cum rhauris et posternit eos et vadit eis  
crus contra eos et tenet mamb' cornua  
et sepe vincit eum. Est autem aial im  
patiens et iracundus volens se vindicare  
de singulis que tangunt eum. et iō si aliis  
quem patientem se inuaserit si alius en  
tetigerit dimitit primum et statim suau  
dit scdm. et si tertius statim eum leserit  
dimitit primū et scdm et mox contra ter  
rium insurget. Et qn capitulū pelvis ar  
dentis aspectu execatur. catenis colliga  
tur. ludere compellitur et per vertera come  
sticatur. Aial etiam est instabile et mul  
tum inquietum. unde tota die circuit cir  
ca stipitem ad quem vinculis alligatur  
pedes suos fugit et lambit. et in eorum succo  
telecas miro modo facit scandere super arbo  
res vscq; ad altissimas ipsas arborum summi  
mitates. Solent aut mellificare apes in  
arboribus coquavis quaz fauos deprehen  
dens vrsus per odorem ascendit vscq; ad lo  
cum mellis. et faciens vnguisbus in atto  
re apturam extrahit mel et comedit. ex  
costitutidine frequenter qn esurit ad locum  
redit qd attendens venator circa arborum  
pedem sudes et palos acutissimos vndiq;  
circuifigit. Ante apturam ipso malleum  
valde ponderosum cum teste suspendit. re  
niens itaq; vrsus esuriens et mel extra  
bore cupiens per malleum impeditur qd vi  
dens qsi pede malleum a se percipit sed redi  
ens malleum ipsum ad aures tangit. super  
quo indignatus fortius a se malleum reicit  
qui impetuosius rediens actius ipsum fer  
rit. et tamdiu contra truncum suum malleum  
sic contendit quo usq; ex frequenti ictu ca  
put qd h; debile deficit. et cadens inferius  
super palos propria stultitia se occidit. Istū  
modū venati vrsos narrat Theophrastus

et istū eundē modū a venatoribus vrsos  
in germanicis pribus intellexerūt.

## Capitulum CXI

### De vrsa

Rsa aut bestia est seuissima et ma  
xime qn catuli sui rapiunt. nam  
illi cura est d salutē filior. id eos  
diligentius lambit. lactat et nutrit. et cir  
ca illos defendendos sepe potenter per vi  
ribus se opponit. impgnata a masculo se  
diuidit. et vscq; ad filiorū informationes  
veterius non accedit ut dicit idem. In  
tempore luxurie se abscondit et videri a  
moris tempore erubescit. Oculi etiam  
eis tunc tempis parcunt. et voluptatis  
gratia eas infra partus tempa nō acce  
dunt ut dicit Arest. Pli. et Aluicen. Itē  
Pli. li. c. ca. lxxij. Ursi inquit non lam  
bunt potum ut bestie habeentes serratos  
tentes nec sorbet ut habentes continuos  
sicut oves et homines. sed aquam mor  
su vorant.

## Capitulum CXII

### De vulpe

Vulpes ē dicta quasi volupes. est  
enfervulabilis pedilo et nimis re  
ctis itinerib; sed tortuosis atra  
ctibus incedit fraudulenter aial insidijs  
decipliēs. nam dū nō habuerit escā mortu  
am se fingit. sive aues decedētes qsi ad  
cadaver rapit et deuorat et transglutit. ut  
di. Ipsi. li. xij. Clulpes sp claudicat. nam  
crura ei destra breuiora sunt qz sinistra  
pellēb; multū villosam calidam et pilosā  
caudā magnā. quā dū canis rape putat  
tentes et os pilis replet et obturat. Con  
tra tacū per mansionibus pugnat et ipsius  
foueam vrina et stercore polluit. et defe  
dat. et sic te ipso nō violētia s; colo et fra  
duleitia triumphat. Foueas zloca subē  
ranea inhabitat et frequentat. aialia come  
stica plus qz silvestria rapit et deuorat. et  
ut di. Arest. li. viij. ceruus est amic' vul  
pis. et xp̄ loc pugnat contra melum. i. contra  
tarū et ipm uiuat. Naturale est diū in  
ter vulpeculā et melum suum tarū quē se  
pe supat vulpes tolo poti' qz vtute. Est  
autem animal vorax et gulosum et ideo

generat filios cecos sicut leo et lupus. ut dicit Aret. l. xvi. nam et dicit Soli. In omnibus facientibus filios in completos causa est gulositas quod si expectaret natura usque ad complementum fugendo interficerent matrem. et ideo natura facit fetus nasci ante completionem ne nimis expectando plenam formatiōem aeditate numia nutrimenti interimerent matres suas ut dicit idem. Animal siquidem est fetidum corruptum et loca reddit sterilia et corrupta ubi morari contineat consuevit. ventrem et guttur hales album et delicatum et caudam et tergum habet rufum. ante litum habet fetidum. et morsum aliquotulum venenosum ut dicit Pli. Quā eam insequuntur canes caudas inter crura recolligit. et quando videt se non posse euadere in cauda villosa virinā recolligit quam canes ipsam subsequentes p̄p̄c̄t et diffundit. cuius fetorem ab horrens canum multitudo aliquantulū ei cedunt. Domesticum et domitum ī. ne cessitare se fingit sed noctu oportunitate aliqua silvas petat. Et quis multum sit in se versata et maliciosa. in multis tamē est utilis sibi exercitiū medicinæ ut dicit Pli. li. xxvij. Adeps enim eius et medulla multum dicuntur valere contra neruorum contractiōem. Sanguis dicitur diutericus unde multum valere creditur ad lapidum in vesica et renibus fractiōem. Alias ponit Plinius ibi de virtute vulpii magorum opiniones de quibus non curio facere mentionem. Dicit tamen quod si quis linguam vulpis haberet in anulo vel in armilla talis non patietur ut dicitur sibi magos caliginem oculorum.

## Capitulum CXIII

### De verme

Ermis est animal quod de carnibus sepe et herbis nascitur. sepe autem de oleib⁹bus p̄creatur. aliquando ex sola humor⁹ corruptione. aliquā ex sepium cōmixture. et aliquā ex ouatione. ut in toruicis et scorpionibus et lacertis ut dicit Isi. ii. xij. Dicitur autem vermis quasi vertens vel quasi verrens. quia in multis partes se vereit. quod vel verrit. i. ad

partes oppositas se trahit. nō enim sic serpentes squamatū nisi vermis rep̄sed in diuersas partes corpusculum suum trahit. ut dicit Isid. In rete tamē de latibris vermes exēunt et ideo forsitan vermes a uno exiū nomen sumunt. ut dicit idem. Sunt autem vermium mille differentie sicut dicit idem. nam quedam sunt aquatica. et quidam terrestres. Et istoꝝ quidam sunt in herbis et oleib⁹bus. ut eruce et consimiles. quidam in arboreis ut teredines. et quidam in vestibus ut tineae. et quidā in carnibus ut mandones qui ex corrupta humiditate in carnis putris generantur. quidam in ailib⁹bus ut lumbrici et ascarides in visceribus. syrones in manib⁹. pediculi et lēdes in capitibus qui omnes ex humorib⁹ corruptis in aialisi corpibus interioribus extens generantur. Sunt et alijs vermes terre longi et rotundi molles et lubrici terrei quos in terra venant et alpe et quibus prescas in aqua capiuntur quādo hamatalibus omnibus inescantur. Et dicit Constant. q̄ tales vermes valent contra spasmodum et contractiōem neruorum. Valent enim cōtra morbum serpentis et ictū scorpionis. Et inter vermes quidam sunt quoniam nino carent pedibus ut colubri et serpentes. et quidam sunt qui multos habent pedes ut sextupedes. et quidam sunt valde propniciosi et nature hominis inimici verpentes et ceteri venenosī. Et sunt quidam anulosci corporis qui nō habent nervos nec ossa nec spinas nec cartilagines nec sanguinem et tales si in oleo tinguntur moriuntur. in aceto vero inuiscuntur ut dicit Aret. et Pli. Et sunt quidā vermes q̄ generant et generantur et quidā q̄ generantur et nō generantur et salamadre. ut in talbo nō est sed his et multis alijs modis vermes tam maiores q̄ minores variantur.

## Capitulum CXIII

### De vermiculo

Lermiculus est vermis modic⁹ a verme diminutus dici possit solēt in lignis et fructibus inuenit. sicut David. ij. reg. xij. tenerissimo ligni vermiculo compatit q̄ teredo vel terebucca

# Liber. XVIII

293

dicitur qui cum sit natura mollis lignis  
durissimum pforat. imo nihil est durior  
eo dum tangit. nihil molius dum tangi-  
tur ut dicit glosa ibi. Vermis igitur pre-  
cipue terrestris nascitur ex humo et fo-  
liis ex fructibus et lignis. finita hyeme  
pcedit de visceribus terre tempe vero  
salsa cauet et fugit. et aromatibus et ama-  
ris condita. non tangit vestes lineas no-  
rodit sicut tinea lanam vestem destruit  
et consumit et maxime illas vestes lane-  
as consumit vermis quarti carnes reti-  
git tens lupinus. nam lana ouis teuora  
te a lupis tineas generat et pediculosas  
dicit Aret. li. viii. et Pli. li. r. Alii et molli-  
lis est vermiculus et rotundus. subtilia  
et gracilia sunt eius extrema et media  
grossiora. occulte mordet arborem et con-  
sumit. plus ore quam pedibus se trahit. vii/  
lis est flexibilis et elongatus. In omnibus  
vermibus est sensus tacitus et gustus. ut  
dicit Plin. li. xi. cap. lxxi. unde perceptio  
sonitu vel strepitu latefecunt. intersapo-  
res discernunt. amara enim et salsa re-  
fugiunt vermes. et dulcia appetunt ac su-  
gunt. unde dentibus alijs pendunt. et alijs  
inguibus et rostris ad necessitatem ra-  
piunt. alijs acumine excavant. alijs sugunt.  
sambunt. sorbent. vomunt. mandunt. nec  
minor est varietas in pedum ministerio  
ut rapiant. distractant. premant. pende-  
ant terram fodere non cessant. et di. Pli-  
nius ibidem. s. li. xi. ca. lxxi.

## Capitulum CXV

### De viperâ

Vipera est genus serpentis vene-  
nosi de qua dicit Irido. libro. cij  
Vipera est dicta eo quod periat.  
nam cum venter eius ad partum intumue-  
rit catuli non expectantes maturam na-  
ture solutiones corrosis eius laterib. cu-  
matis interitu vi erumpunt. Dicitur  
autem quod masculus ore inserto in os vi-  
pere semen expuat. illa autem ex volup-  
tate libidinis in rabiem versa caput ma-  
tis prescindit. itaque fit quod patens viceret  
perire. masculus dum coit. femina dum  
patit. Ex viperâ fiunt pastilli qui trcoli-  
ci tyriaci nominantur. ex quibus fit syri-

aca id est remedium contra re tentum. De  
viperis dicit Plinius libro. viii. cap. xl.  
Vipera sola inter serpentes in terre ca-  
uernis se abscondit. Alij astomnes i ca-  
uernis saeculum aut arborum se oculi  
tant. famem sustinent diutissime. in for-  
ti hyeme intra terre viscera siue fissuras  
se recolligit et prius euomito veneno us  
que ad vetus tempa dormit. Cum autem  
calore solis pori terre aperiuntur. viperâ  
expelta egreditur de caverne. et quod  
villus eius ex longo mora contrahit in te-  
nebris caliginem. feniculi radice vel her-  
ba queritur eius succo oculos linit he-  
tatos. et sic herte gustu oculos acutus ut vi-  
sum recuperet quem amisit. Est autem ty-  
rus species vipere maxime venenositatis  
de quo dicit Aret. li. viii. Tyrus est sicut  
et tenet hea id est cocodrillus latet in hye-  
me. sed post expoliat corium quod est inter  
oculos suos ita quod ille qui non cognoscit  
hoc accidens putat quod ille cecus sit. dein/  
de aufert corium capitis totaliter uno  
die. et sua exfoliatio est sicut exitus  
embrionis. et sic renouatur quando de-  
ponit senectutem. Item in eodem in fi-  
ne. Inuenitur tyrus quidam quem ser-  
pentes magni fugiunt quoniam sit parvus et  
sunt pili supra totum corpus suum. et quoniam  
mordet aliquid putrescent omnia quae sunt  
in circuitu mortis statim. Et inuenitur  
virus parvus tyrus in india et morsus  
eius est ita fortis quod non inuenitur con-  
tra ipsum medicina. De viperâ di. Am-  
bro. in exameron. omnium serpentum ne-  
nequissimum est genus vipere que cibis cu-  
piditate in assumpserit coeundi murene  
requirit copulam. prerediturque ad litus  
aque ubi credit murenum lacitare. si-  
bilo autem euocat viperâ murenum et  
prouocat ad amplectum. que vocata sta-  
tim adebet. viperâ autem videns eam ad  
copulam preparat totum venenum  
suum euomis. et ad amplectum murenu-  
le tunc accedit. completo vero concubitu  
viperâ venenū quod euomuerat haurit iter-  
rum et resumit. et sic cum veneno celum  
pto reuertitur ad caverne. Vipera in-  
sup ut di. Pli. li. cc. ca. i. lapide quedas  
degrediunt quod percipientes sicut viperam

caute aperiunt et lapidem eximunt, et eo  
vtuntur contra venenum. Item ibidez  
quem draco vel aspis vulnerat caput vi-  
pete afflxitum vulneri sanat, et ecouer-  
so quem vipera pungit caro aspidis at-  
trahendo venenuvipere sanare colsuent

**Incipit liber deci  
misionis de coloribus odoribus et sa-  
pribus.**

**E**sceptis proprietatibus  
recum sprialium et corpo-  
ralium tam simpliciusq;  
compositarum put ad ma-  
nus nostras puenire po-  
tuerunt. Hunc postremo  
de quibusdam accidentibus corporalium  
recum substantias cōcomitantibus coo-  
perante diuina gratia est hic attendēdū.  
Primo de colore. secundo de odore. ter-  
tio de sapore. ultimum de liquore. Color ē  
dictus ut dicit Isido. lib. xviii. eo q; ca-  
lore ignis vel claritate solis est perfectus  
Vel color a colendo est dictus eo q; co-  
lantur colores ad hoc ut summe subtilita-  
tis sint et intime puritatis. Colores au-  
tem quomodo nascuntur aut fiuntur. de his  
quere infra in fine de coloribus. Est  
autem color sūmū Eresto. in li. metha. ex/  
tremitas pspicui in corpore terminato.  
Rei enī corporalis visibilis superficies  
et terminus colorū differentias quas re-  
cipit et natura mutationis elementorum  
et dominio in corpore composto dicit. qz  
mixto pspicuo et dyaphano p actualēm  
vnionem lucis radiantis super ipsam ter-  
minatingabilem et pspicui corporis superficies  
visui representat. Et ppter hoc dicit Alce.  
in. q. lib. de anima. q; color est motus vi-  
sus si dū actum lucidi. nam lux est actus  
et pfectio lucidi seu pspicui. Naturā enī  
coloris in corpore mixto et alicuius ele-  
menti domino essentialiter existētis pi-  
ducit lux ad actum immutatiōis vius.  
Quamuis enim color naturaliter et es-  
sentialiter sit in mixto non tamen habet  
potentiam manifestandi se nisi p lucem  
super ipsum superficiem actualiter radia-

## Capitulum I

## *De materia coloris*

e St autem pspicū bene termia  
tum materia coloris. et hoc ē so-  
lum vel maxime humidum quo-  
niā siccum & terrenū in h̄stum h̄moī nō  
est pspicū. siccum vero igneū nō descen-  
dit de sp̄era sua. neq; hic inferius inueni-  
tur. qm̄ sola forma ignis generatur & po-  
tentia alienius elementi ex quo telet mihi  
xtrum cōstitui. vt ex li. de generatiōe. Il-  
lud ergo pspicū halat tres differentias  
materiales. qz aut est materia subtilis.  
aut est grossa. aut mediocris. Si medio-  
cris. tūc est humidum aqueum multum  
abundans sup siccum terrenū & sup humili-  
dum aereū reficiens ab humiditate ae-  
rea. vel erit aereū multū alteratū p siccū  
terrenū. ita tamen q; excedat grossiciem.  
Si autē subtile sic est humidū alteratū  
ad naturam aeris sive humidū alteratū  
aereum. Si autē est grossum tūc est alte-  
ratū ad grossiciem et siccitatem terre.  
ita q; excedit mediocritatem.

## Capitulum II

## *De materia coloris nigri*

Atetia ergo coloris p̄spicui aut  
erit siccā p̄ dominū. vel humida  
per dominū. vel inediocriter sic/  
ca et humida. Si vero dominus siccitas in  
materia. tunc si est actio calidi p̄ dominū  
um generabit albedo. q̄z calidum rarefas-  
cit et disaggregat partes materie et subtili-  
at ac generat claritatem et p̄spicuum. Et  
similiciter hoc di. Aresto. li. de aiali. xix. q̄ ge ne-  
ratur alte do ex paucitate humoris in ma-  
teria siccā p̄ dominū calidi agētis et sub/  
tiliantis. sicut p̄t in calce et ossibus com-  
bustis et alijs cōsimilibus. Si vero agat. in  
materia dominans frigiditas tunc gene-  
ratur nigredo qm̄ constringit p̄tes ma-  
terie sicce et congregat ac oppillat subbas-  
rei et cōdensatae obscurat. Obscuritas  
autem est priuatio non solum lucis. verius  
etiam coloris quemadmodū claritas est  
differentia coloris sicut lucis. quoniam  
est cōditio visibilis simpliciter. et tunc  
magis terminat siccum qd̄ exigebat ad

generatioem albedinis. et sic inducit calor niger. Si ergo sit humida materia te a calido dominante generatur nigredo. qd calidum adducit ptes humidas et consumit humidu qd exalat in fumum nigro in lignis viridisbus et humidis sicutum extremis exit humor niger quando exuruntur. ut dicit Arest. li. meth. Ultibilia sunt que halent in poris humores teibilem qui non potest resistere calori ignis. nec tamen statim suffocatur. sed potius alit ignem. unde pte qd humidu est potissimum in qd agit ignis et illud humidum est causa nigredinis per caloris actionem quoniam calor agens exalare facit subtile et humidum aquosum et evanescere aereum et remanet qd est terrenus atque grossum. ppter quod optet necessaria ut nigredo generetur. Dicentes Arest. li. meth. iij. qd natura terrestris subtilis et claritas aque et natura aeris faciunt albedinem in argento viuo. et ideo opposita istop inducunt nigredinem in sicco terelicto ex actione calidi in humido Et sic dicit Arest. li. cit. qd nigredo generatur in oculo ppter multitudinem humidam calor naturalis agens in humidu terminando et dirigendo et exiccando in fine nigredinem terelinquit.

## **Capitulum III**

## **De generatione coloris albi**

**S**i vero sit materia humida et in illud viuicat dominans frigiditas tunc albedo generatur ut apparet in niue pruina et in canicie et in humoribus slematicis. Quāvis enim sanguis aggreget hūmidū nō m̄ sicut siccus humidū enim cū sit p̄spicuū magis est apertū natū ad nobile esse coloris. Propterea humidū comp̄ssum paf ad sparñōes et ptū separatiōem. Sic autē nō est te siccō ppter qđ magis patitur. Huius p̄ sp̄ssio nem ad receptiōem claritatis raptiōes qđ siccū. et iō pōt melius frigidū generare albū in humidō qđ in siccō. Et sic intelligendū est qđ dicit Arest. li. t. t. qđ albedo generaſ ex aere vaporoso. i. declināte ad humiditatem aqueam. et hoc ppter frigidi actiōem. Qđ dicit comincē

q[uod] altero generatur ex igne claro admixto cū elemento valde diaphono intelligendū est de claritate que p[er] transumptionem altero sepius ab Arest. nuncupatur. s[ed] q[uod] albedo dicitur generari in nubibus ex refulgētia radiorū in eis si tenues fuerint atq[ue] rare. Et sic etiā stāma aliquā apparet alba q[uod]nā materia aeris ē subtilis in qua radiat vapor ignis et talis albedo nō est propria sed potius transumptua. Possemus tñ extēdere verbū omēta. q[uod] dicit hoc de igne rōne p[er]spicui q[uod] ē materia propria albedinis. nō rōne sine actionis. vñ hoc q[uod] dicit detinet intelligi de igne qui debet esse materia coloris. et nō de efficiente extra. et s[ed] hoc intelligif materialiter. non effectue. neq[ue] formaliter.

## Capitulum III

De gradibus inter albedinem et nigredinem.

Unt aut̄ inter albedines et nigredines multi gradus intermedii s[ed] in intensiōem dñi tam qualitatū actuarū q[uod] passuarū s[ed] in esse debili et forti multipliciter et s[ed] in multos gradus. Q[uod] q[uod]to pl[er]o dñatur siccitas tanto cū maior difficultate subtilia et rarificatur et elucida. et sic difficilius fit p[er]spicuum et p[er] consequens albedo eo q[uod] siccū est densum ac solidū inq[ui]stū h[ab]mō et obscurus. Quanto dñi siccī fuerit minus et calidi maius fuerit dominū tanto melius et citius poterit albedo inde generari. si milder q[uod]to siccitas fuerit maior et frigiditas intensior tanto magis generabitur nigredo ex p[er]tium cōpactione et extensione obscuritatis et priuatione claritatis et sup[er]fuitate terminacionis p[er]spicui. Similiter est de humido q[uod]to enim maius fuerit dominū humidi p[er]portionabilis cōbustioni. dñmō sit dominū calidi tanto maior erit fumus et caligo et denigratio. q[uod]to vero dominū humidi sit maius dñmodo sit dominū frigidū p[er]portionabiliter crescentis erit silt intensio albedinis. Si dño fuerit dominū humidi magnum. et pars de dominio calidi. remittetur nigredo. Si s[ed] si sit dominū humidi magnum et dominū calidi patū et

frigidi patū. remittetur albedo. Si vero fuerit dominū humidi aliq[ue]tūlum domini nō vero calidi magis nigredo magna poterit generari. q[uod]q[ue] tñ calidū generat albedinem in humido vt in albedine oui cocti. et q[uod]q[ue] ignis in lignis vidibus et humidis relinquunt cineres albos post finalem terminū sue actiōis. sed tñ nō est vera illa albedo q[uod] sp[iritu]s appetet i eo vestigii perspicui male terminati ad modū superficie cristalli clari. Et hoc appetet si scindaf licet nō ptendaf hec per spicutas p[er] medium corporis p[er]spicuitate simplicit[er] actuali et cōplerā vñ p[er]t[er] q[uod] nō ē vera albedo. vñ illa albedo derelinquitur ibi p[er]t[er] debilitatez caloris agentis ita p[er]vincit frigiditas intrinseca et innata. Est asit albumen coctū albū. q[uod] non tangitur ab igne p[er]ter testam. q[uod] si immedieate tangeret vtq[ue] in ipso nigredinem geraret. Agens insup calidū in humidū primo generat nigredinem et fumum et vincens h[ab]suditas inducit siccitatē i materia in quā agit. et sic in illa inducta siccitate facit nouam transmutationem et generationem nouū colorem in subtilitate siccii. Et licet calidū aggreget omogenia p[er]ter q[uod] cōdensat et obscurat. tñ sic cum habet aliquid sibi annexū de humido rōne cuius p[ot] disgregare. Et licet in principio cōgreget rōne dominū. tñ post aggregatiōem ipm aggregatiū subtilitate q[uod] eius opatio specialis ē subtilate materia in quā agit dñmō sit siccā. Q[uod] dico p[er]ter hoc q[uod] aliquā agit in humiduz et et alat illud. frigidū vero nō ordinat ad rarefaciēndū. sed stat in ipso actu cōdensandi tanq[ue] in actu principali. q[uod] aggregat tam omogenia q[uod] etherogenia.

## Capitulum V

De actione calidi et frigidū.

I vero sit actio calidi et frigidū media octo t[er]t[er]e cōcurrēt in materia siccā tunc generabitur color medius necessario. q[uod] calidū subtilabit in generatiōem albedinis. Frigidū vero ecōt[er]t[er]io aggregabit eam in generatiōem nigredinis. Cum ergo in quo libet puncto simul agant equaliter opposi-

ter q̄ inducunt in quolibet punto simul  
albedinem et nigredinem q̄ oportet q̄ fi/  
at color cōpositus ex eis. Et iste plus de/  
bet habere de nigredine q̄ siccū minus se/  
habet ad albū q̄ ad nigrū ppter priuatio/  
nem pspicui et obscuritatem innatam.  
et plus se habet ad aggregatiōem et inna/  
te aggregationis cōseruationem q̄ ad  
subtilitatiōem et rarefactiōem. Si vero  
concurrent mediocriter in materia hū/  
da p dominū sūl generabif color medi  
qui plus habebit de alto q̄ de nigro. qm̄  
humidū p dñū rōne pspicui pur magis  
se h̄spure ad albū q̄ ad nigrū. et respectu  
agentis frigidū facilius se habet q̄ respe/  
ctu calidi qm̄ calidū agit i hūdū exala/  
do et cōsumendo. frigidū vō solum cō/  
seruando illud in sui natura p viam con/  
solidatiōis et cōpactionis. Si vō sit ma/  
teria mediocris tunc erit semp color me/  
dius. si vō sit in tali materia actio calidi  
p dominū tunc q̄ potest facilius humi/  
dum transmutari in nigredinem q̄ sic/  
cum in albedinem. generabif color plus  
habes de nigredine. sicut p̄t qm̄ humidū  
et siccū diuiditur ad inuicē. citius gene/  
rat calor colorem nigrum in humidū an/  
viridibus lignis q̄ in lapidibus combu/  
stis in quibus calē generatur et silia. Si  
vero fiat actio frigidū p dñū in materia  
mediocri oportet colorē esse mediū cō/  
mīstū magis ex albedine. qm̄ humidum  
magis se habet ad albedinem q̄ siccū ad  
nigredinem sive aliquem colorē. eo q̄  
in humido est materia pspicui que est p  
pria materia coloris. in siccō autē nō  
in q̄tū hmōi respectu vero agentis sal/  
tem vno mō est humidū obedientius si/  
bi q̄ possibile est ppter priuatiōem solidi/  
tatis et duriciei cuiusdā naturalis q̄ est  
in siccō. Licet enim siccū de se sit natūrā  
congregati. non tm̄ est ita bene congrega/  
bile sicut humidū. vt in lapide qui licē  
substantia sit cōpacta. non tamen facile  
recipit maiorem cōpressionem a cā agē/  
te. Evidēns enī in multis q̄ fridū defa/  
cili pducit albedinem vt in nūie q̄ non  
tantum apparet exemplariter quando a/  
git in materia siccā. Si vero concurrent  
mediocriter i materia mediocri fiet me/  
dius.

dium necessario q̄d erit eque distans ab  
extremis. Si enim qm̄ est dominū solū  
ex pte agentis alterius vel solum a par/  
te materie accidit color cōpositus ex alte/  
ro magis et ex altero minus tunc quan/  
do equatur tam agentia q̄ patientia  
erit color se habens equaliter p̄t ex p̄  
diceis. Et ita erunt due extremitates  
quinq̄ medij. nec videt q̄ pluribus mo/  
dis poterūt medij esse distincti scđm spe/  
ciem sicut declaratū est p istam diffini/  
cionem diuisam p̄ opposita mēbra nec sup/  
flua nec diminuta. Erest. etiam testatur  
q̄ tm̄ sunt quinq̄ medij colores quorū  
numer⁹ et sufficiētia potest accipi p̄ dicto  
mō. et etiam ex cōbinatione albi et ni/  
gri ad eoz generatiōem. eo q̄ nigrum et  
album cōcurrant equaliter ad composi/  
tionem coloris mediū. et tunc erit color  
eque distans inter extremitos vt rūedo  
Inter albū vō et rubeū n̄ p̄t eēnisi duo  
vñus magis appropinquabit alto et ali/  
us rūeo. Inter rubeū vō et nigrum erunt  
sūl duo. vñus magis cōueniens cum ru/  
beo. et ali⁹ magis cū nigro. ita ples nō pos/  
sunt esse intermedij. q̄ inter albū et ru/  
beū non p̄t esse aliqd eq̄ distās simpli/  
citer. qm̄ eque distantiā simpliciter ha/  
bet respectum ad extremitos. sed talis si po/  
neretur haberet tres quartas albedinis  
et vñam nigredinis qm̄ medietas rūle/  
dinis et vna est quarta albedinis eryna  
quarta nigredinis. eodē mō non erit eq̄  
distans simpliciter inter nigrum et ru/  
beū. quare oportet q̄ haberet tres quar/  
tas nigre dinis et vñam albedinis. et sic  
esset tantum eque distantiā scđm quid et  
cōm̄ apparentia et non simpliciter fīm/  
ritatem.

## Capitulum VI

De speciebus color̄ quōd sunt.

Os aut̄ colores quinq̄ int̄me/  
h̄ dios noſat Erest. primo vocans  
glaucum scđm p uniceuz. i. citri/  
num. tertiu rubeū. quartū purpureū. qm̄  
tum viridem. Ita q̄ inter album et rube/  
um erit glaucus a pte albi. puniceus a p  
te rubri. Inter nigrum autem et rube/  
um purpureus a pte rubei. et viridis a

Z 2



parte nigri. Hec nomina alio nomine vocantur in grecis lryanos purpureus. I. rara pos glaucus. sed nonibus grecis non est virus sed noia latinoz atteduntur. Et rō dicto i. tū patere p. qm glauc magis h̄z de albedine q̄ de nigredine et rule die. et talis color ponit in folijs cadentibus in hyeme vel autumno. Punicus vō et purpureo circundant rubet dinem. qz vterq; habet plus de rubidine q̄ de albedine. sed punicus est magis remotus a nigredine q̄ purpureus ut vult Arest. in li. ii. de som. et vii. vbi l. quis de corruptione isto i. nigredinem et punicum ponit p. purpureum declinare in nigredinem. et iō oportet ut purpureū sit inter rubidinem et nigredinem. et punicus inter albedinem et nigredinem. Ex quibus omnibus sequit q̄ viridis et let poni cū nigredine. Ex quo p. vō ordinationis ipsoz quinq; colorū intermediorū fīm Aresto.

## Capitulū VII

De opinione eoz qui ponunt luces esse de substantia coloris.

Unt autem qui ponunt lucē esse de substantia coloris et illi dicunt q̄ color ē lux incorpata pspicuo. Habet aut pspicuū differentias istas. aut enim pspicuū est purū separatiū a terrestreitate. aut impurū cum terrestreitate ad mixtione. Lux aut considerat quadrifarie qz aut est lux clara aut obscura vel paucā vel multa. Hec dico lucem magnam per subiectū magnū diffusam. sed sicut te, luce & tūlū dicit q̄ in pspicuo colligit lux mīta ut qn cponit speculū cōcaū soli: luce candeus sup totam speculi superficiē. in cētrum spere speculi reflectit. cui lucis collectio speculū instamat. et citissime cōbūstibile generat. vñ cū fungus vel aliud inflammabile opponitur subito accedit et ignitur. Si igit fuerit lux clara et multa i puro pspicuo albedo generat. nam albedo est color ex luce multa et clara in puro generatus. vr dicit Aresto. Si vō fuerit lux pauca et obscura in pspicuo obscuro nigredo necessario generat. Et iste sermo explanat sermonem Aresto. et Averrois qui ponit nigredinem primitiōez clā-

titatis et albedinem habitum sine formā. Et sīm hunc sermonem p. q̄ sunt septem colores ab albedine v̄sus nigredinem paulatim accedentes sīl septem erunt p. xiiii nigredini a nigredine v̄sus albedinem pcedentes donec fiat occursus ali⁹ cuius septem colorū quibus ab albedine ad nigredinem descendit. Et hoc p. cu⁹ enī albedinis essentiam tria cōstituit. s. lucis claritas et eius multitudo. ac pspicuo cui puritas dñobus amotis potest esse remissio. Erat igit p. hunc modis triū colorum generatio et quolibet triū solo tēnente duorū reliquo erit remissio. et sic ab albedine erunt septem colorū immedia te p. ductiones vel p. gressiones. Similiter a nigredine v̄sus albedinem septem sunt colores et erūt scđm istam cōsiderationē. xvi. colores. duo principales. scđ albedo et nigredo. et triū. collaterales. septem hinc p. extentionem albi ad nigritus accedentes. et septem illinc a nigredine p. remissione ad albedinem accedentes in medio in idem cōcurrentes. In quo libet aut mediop. color sunt gradus quasi infiniti scđm intentionem et remissiōnem maiorem vel minorem. put extrema se p. tendit. Recollige igit breuitate ex p. dictis q̄ color est p. p. rietas sine qualitatibus derelicta i. superficie corporis pspicui ex natura mixtioniis elementariū qualitatū cōcurrentiū in mixto. que mediana tē luce visui actualiter p̄ntat. nō sive luce media color organū visus actualiter nō immutat. color tñ p. se est visibilis v̄d. Arest. ii. de ala. nō ē aut ex defectu suis sed potius ex defectu et impotentiā organi qz color sine actuali lucis p̄ntia nō videt. et ideo pitagorici vocauerunt colorē epiphaniam. s. supra appetitōez eo q̄ sit extremitas corporis pspicui cōmunitati vel in extremitate et ibi magis proprie est. eadem tñ natura coloris est. int̄ et extra. vñ in albugine ouī et in fractiōnis vuti colorati v̄t dicīt in li. de sen. et sen. ca. vi. Sunt tñ multa que sunt vnius coloris in extremo extrinseco et in ali termino et alterius intrinsecus i. meditullio. vñ i. pipere nigro. et i. pomo granato. multa enī colorant tēi superficiem

# Liber XIX

que non penetrant ad interiora. vt si pīcturis. pannus etiam rubens tingit aquam extremitatem quā ei supponit. vñ pīctus quā color pīspicuū extremitas est ut dī in lī. de sen. et sen. c. vii. Item sicut in corpe pīspicuo nō terminato ut aere. pīntia lumen facit actu lucidū. absentia vero tenebrosum. sicut in corpe terminato pīsentia lucis facit coloratū. s. albū et eius absentia nigrū et tenebrosum. ita tñ quā nō omnino absit lumen. ut dī in lī. de sen. et sen. Unde verus color est in corpe terminato non pīspicuo. in corpore vero nō terminato non est verus color sed quasi color. ut dīcī in eodem lī. Item sit generatio colorū medioz sīm luas differentias scđm diuersitatē pīportionū. etiam si fuerit ī sesquialtera pīportionē rei sīm alias pīportiones. Si autē sīm pīportiōem et sīm intērentiam et dyaphanū sit iterū pīportionalis nihil assūmunt. vt z in colōnatijs ut ibidem ca. viii. Item sit generatio scđm pīportiōem colorū consonantū quādo sūt delectabiles. et q̄zto erunt magis pīportionabiles tanto sūt delectabiliōres. ut dīcī ibidem. Item sīm alioz opinōne generatio colorū medioz sit pī suppositiōnem colorū extremoz inuicem ut manifesteris sup minus manifestum. vt z in picturis sicut sol videtur pī se albus. sed pī interpositionem nubis videtur esse alterius coloris. Item aptiones ocolorū non sūnt pī discursiones radioz ab oculo sed potius sūnt pī cōtinuam multipli cationē coloris in medio ut pī subitam eius relatiōem ad oculum cū sensus fiat pī contactū ut ibi dīcī. Item colores eque distantes positi a longe distantibus apparere possunt mediū colores cū nō sīnt qz nullā pars rei sub extremo colore videri potest. vt z in panno diuersi coloris ut ibidem dīcī. ca. viii. Item mediū colores generantur scđm similitudinez generationis mixtorū cū miscibilibus. qā mirrionem miscibiliū pī transmutatiōs in formam pīmixti sequit̄ mixtio colorū ut sicut ab extremis corpibus generat mediū. sic ex extremis colorib⁹ medi⁹ color generatur ut ibidem dīcī. ca. viii. Itē omnis color generatur pī albedinē

et nigredinem que videtur potius priuatio esse albi qz color. ut obscuritas ē priuatio lucis ut dīcī lī. c. metha. cap. iiiij. Item vnitatem coloris in specie nō operat pī sequatur vnitatis nature ut dī. Elību. in differentia. Item effectus coloris est immutare vīsum scđm actū lucidi. nam pī lucidū color educitur de potentia ad actū ut actualiter immutet organum vīsus ut apprehendat speciem colorati et iudicet de re vīsa. Itē color meatus leue pīportionatus delectat vīsum et cōfortat. extremitas vero color debilitat vīsum et contristat. ut dīcī Elīrest. Nam intensa albedo disaggregat spūm vīsibilez et dissoluit oculū. et oculum lacrimare facit. sed nigredo nimis intensa aggrediendo spūm et condensando vīsum reputat et obtundit. vt z in diu inclusis ilocis tenebrosis qui subito educti ad lucē patum aut nihil vident. Item color rei colorate naturam et cōplexionez indicat nam albedo et colores albi in corpore congelatis non sunt nisi in substantia frigida. et nigri ecōtrario qz frigus albificat subām humidam. et tenigrat siccām. color vero tenigrat humidam et albificat siccām. ut dī. Elīrest. et Elīcen. Et iō albedo que est filia frigiditatis indicat tomum fleumatis et frigidi et humidi humoris. Nigredo signum est melancolie dispositionis et siccī humoris in corpore dominantis. qñz tamen est signum adustionis nimis adurentis humorē et in melancoliam innaturalem cōmutantis sicut post dīcītur. Item rerum intrīsecas qualitates color extīnsecus manifestat nam ut dīcī Elīcen. color est qualitas que perficitur a luce. Est ei color lux extens in potentia ī corpore tenebroso migrans ī actū pī lucidū superueniens ab exteriori. Et hoc pī sic. quodlibet enim corpus cōmixtum habet aliquid de igne in potentia et per ignem habet de lucido. cum ipse ignis sit lucidus a natura. sed illud lucidū relatur a partibus tenebris. vñ solū est in potentia sicut caliditas sulphuris vel piperis. Usi sicut eoz caliditas potentialis non migrat in actū nisi per cōsimilem qualitatem actualem ex-

trinsecus interiori compatam. sic lux potentialis in permixto. te tenebroso non mitigat in actu nisi per aduentum luminis exterioris. Color itaque apparet extrinsecus intensionem vel remissionem declarat ignis latitantis potentia in proximo. et secundum hoc de eius actione virtute indicatur. Item coloris proportionalis varietas intuentis aspectum ad sui dimensionem et intuitum naturaliter excitat ut dicitur. Plinius. lib. viii. et Aluicen. vñ dicit quilibet bestia quantumque seu varietatem coloris et pulchritudinem admirari panthera. Item cuiuslibet hominis faciem color maxime pulchritudine vel deformat nam color ordinatus et suavis complexio est pulchritudinis forma quando membra cum dispositioni debite correspondet ut dicit Aluicen. Unde dicit Augustinus. Pulchritudo est elegans corporis habitudine cum coloris suavitate. et econtrario color confusus et incompositus evidens est in corpore turpitudine. Item color passiones et accidentia anime preconisat. subitus enim palor et discoloratio index est timoris. Nam reuocato calore ad interiora corporis superficies depauperatur a sanguine. et sic per consequens discoloratur. sic subitus rubor in facie si sanguis est verecudie sine iracundie et furoris. et hoc accidit propter calorem presentem exteriora et cutis superficiem rubificantem et defendere ab illata iniuria cupientem. Item color materiae suam seu substantiam terminat perficit et informat. quia si color in subiecto non esset qualis foret rei substantia visui non appareret. Item color materie superficiem ornat et eius deformatem palliat et occultat. Unde color compositus inter extremos mediis. in superficie corporis ordinatus superpositus informitatis accidentaliter vel naturaliter in materia de relictis est operculum. ut dicit Aluicen. Item color lucis conformat et velut filia matris eius actui configurat. Unde cum intensa luce color acuitur et intensitur. et cum remissa remittitur et levatur.

tatur.

## Capitulum VIII

De coloris mutatione

It autem in corporibus coloris mutatio multipliciter causa videtur in fructibus et graminibus et alijs terre nascentibus. Nam primo nascentes fructus virides videtur in ruis et in moris. deinde rubescunt tandem pallescunt vel nigrescant. et illius coloris accidit varietas ex varietate caloris naturalis vel solaris vario modo subiecti fructus decoquuntur et digerentur. Primo enim caloris actione est debilis et lenta insufficiens dissolvere et rarificare partes terrestres. et ideo in earum superficie apparet color viridis et indigestus aterrestris. Sed paulatim vigoratur calor naturalis per adminiculum caloris solarii. et ideo fortius digerit. et propter eius intensionem color est rubrum in fructus superficie derelinquit. et tandem completo fructu et maturioribus more pontico ac terrestri perfecte digesto ex adiustione color niger in superficie generatur. nam calor predominans super terrae restitutatem ipsum dissolvit et decoquit et digerit et quantum necesse est in substantiam fructus accipit ac conseruit. quod vero reliquum est vel consumit vel a se repellens ad extremas partes dicit et transmittit et talis reiecta sumositas cum sit terra strictis superficie inficit et nigredinis vel glaucitatis vestigium in fructus generatur superficie et relinquit. sicut dicitur super lib. vegetabilium in commento. nam tales colores ex se actionem et naturam fructus calidissimus generatur ex eadem causa scilicet ex calore interiori dominante sumositates terrestres vel aqueas ad extrinsecum repellente. ut dicit Alphredus super lib. Best. de vegeta. et plan. In rebus etiam sensibilibus fit coloris mutatio. sicut in cute. nunc in oculis. nunc in pilis. nunc in vngue. Nam color cutis fit duobus modis ut dicit in iohannicio. aut fit ab